a quantum habuiſſet ab herede.Vltimo,[a] quia hic tex.dicit † quod
5 in quibuſcunque teſtamentis ceſſat Falcidia,ceſſat ⁊ Trebellia-
nica,induco ad queſtio.que talis eſt,vtrum in relictis ad pias
b cauſas[b] ceſſat Trebellianica? Secundum hec tempoꝛa non ceſſa-
bat,l.prima.§.ad municipum.ſupra titulo ſecundo:hodie reperi-
tur in Falcidia coꝛrectum,vt in authē.ſimiliter.C.ad legem Fal-
cid.an ceſſat Trebellianica? Et dico,qđ ſic:quod probo,primo
certum eſt,qđ appellatione Falcidie continetur Trebellianica,l.
pater filiam,in principio,⁊ l.Titia.ſupra titulo ſecundo,⁊ Co-
dic.ad Trebellia.l.iubemus.⁊ per infinitas leges huius tituli.
Sed tex.in coꝛpo.de eccle.tit.§.ſi autem heres.vnde ſumitur au-
thentica,ſimiliter dicit,ceſſare omnem Falcidiam de neceſſitate:
ergo compꝛehēdit omnem ſcilicet Falcidiam,⁊ Trebellianicam.
Preterea,ſcriptura dubia declaratur ex pꝛecedentibus,⁊ ſequē-
tibus,l.qui filiabus.in pꝛincip.⁊ l.ſi ſeruus plurium.§.fina.ſ.de
lega.pꝛimo.Sed in coꝛpo.in §.pꝛecedenti,fit mentio de fideicom-
miſſo vniuerſali:neceſſe eſt ergo,vt intelligatur qđ ſequitur de Tre-
bellianica.Tertio in illis caſibus,in quibꝰ Falcidia reſecat par-
ticularia,in illis Trebellianica reſecat vniuerſalia,vt Inſtitu.eo.
§.ſed reſtituta.ſed hoc caſu Falcidia non reſecat particularia:er-
go nec Trebellianica reſecat vniuerſalia. Vltimo dico ꝙ eſt caſꝰ
hic,cum gl.⁊ vide gl.in verb.alij,que incip.in quoꝛum teſtamen-
tis.Nam gl.in l.teſtamento,quam gl.alleg.loquitur in relictis ad
pias cauſas,⁊ ſic apparet ꝙ gloſſ.vult intelligere de relictis ad
pias cauſas.Hoc videtur tenere Dyn.in l.j.§.in filij,ſ.eod.vbi te-
net,ꝙ ſicut ceſſat Falcidia in teſtamēto militis,ita ceſſat Trebel-
lianica,qđ tenet Specu.in tit.de inſtru.edi.§.compendioſe,verſi.
ſed cum deducto,⁊ Cyn.in dic.authen.ſimiliter.ſed gl.in c.j.extra
de teſt.lib.vj.videtur tenere contrarium,⁊ etiā ibi Archi.⁊ Ioā.
And.Ad rationes,que fiunt per eos in contrarium,reſpond.ad
dic.cap.j.extra de teſta.vbi a contrario ſenſu colligitur.Sed dic,
ꝙ argū.a contrario ſenſu nō eſt bonū ibi,qꝛ reſultaret pꝛauus in-
tellectus.Non obſtat,ꝙ nō mutatur,quare ſtare pꝛohibetur:in
Trebellianica nō reperitur mutatū,ergo,⁊c.Sed iſtud nō eſt ve-
rum,quia eſt mutatum per text.in coꝛpo.qui dicit,omnem Falci-
6 diam.Secūdo dico,ꝙ eſt mutatū:† qꝛ lex noua non poteſt ad aliū
caſum extendi per hominē:ſed per aliam legem antiquam ſic,vt
eſt gl.in l.quod vero.ſ.de legi.in eo quod per l.vt tantum.de ſer.
coꝛru.que eſt lex antiqua,extenditur l.ſi quis ſeruo C.de fur.que
eſt lex noua,⁊ odioſa.Modo regulā antiquam huius l.que dicit,
ꝙ in quibuſcunqꝫ teſtamentis ceſſat Falcidia.ceſſat ⁊ Trebellia-
nica,cōiunge cū noua,⁊ ſic determinabit illa:⁊ ſic pꝛout ceſſat in
Falcidia,ſic in Trebellianica.Ad aliā rationem,ꝙ nō videtur ea-
dem ratio,vt dicit Ioan.And.qꝛ licet in relictis particularibus
non detrahatur de relicto pio,Falcidia tamē detrahitur de alio,
quod eſt in hereditate:ſed in fideicommiſſo vniuerſali,ſi non de-
trahitur tunc fruſtra eſſet heres.Sed ipſe dicit cōtra tex.in coꝛ-
poꝛ.vnde ſumitur,auth.ſimiliter.vbi loquitur quando tota ſub-
ſtātia eſt exhauſta,nec eſt in vanū heres:qꝛ text.in auth.de here-
di.⁊ Falcid.§.ſi vero expꝛeſſum.dicit,qđ habet meritum quo ad
c Deum,qꝛ exercuit piū actū.Secūda queſtio[c] eſt,† an teſtatoꝛ poſ-
7 ſit pꝛohibere Trebellianicam? De iſto iure eſt certum quod non
ſ.ad l.Falcid.l.Titia.⁊ ſ.l.j.§.inde Neratius.Gl.tenet qđ pꝛout
pꝛohibere poteſt Falcidiam,ita Trebellianicam poteſt pꝛohibe-
re.ita tenet gl.in coꝛpo.de hered.⁊ Falci.vnde ſumitur authen.
ſed cum teſtatoꝛ. Idem tenet gl. Iuſtit.eod.§.ſed quia.idem te-
net Azo in ſum.authen.Contrarium tenet gl.in authen.ſed cum
teſtatoꝛ.in ij.gl.Idem tenet gl.in l.ſi vt allegas.C.ad l.Falcid.O-
dof.Iac.de Are.⁊ Cyn.tenent,quod poſſit hodie Trebellianica
pꝛohiberi,vt refert Cyn.in authen.ſed cum teſtatoꝛ.Iac.de Bel.
in ciuitate iſta diſputauit contrarium,⁊ illam diſputationem po-
nit in coꝛpo.de here.⁊ Falcid.vnde ſumitur authen.ſed cū teſta-
toꝛ.Et ſumma rationem ſuarum eſt,quia quod nō mutatur,qua-
re ſtare pꝛohibetur? Secundo,qꝛ grauatur in vno heres a fidei-
commiſſario vniuerſali,qꝛ poteſt cogi:ergo in alio releuatur. Bre-
uiter dico,qđ eſt caſus huius §.⁊ illud quod nō mutatur,quare
ſtare pꝛohibetur:verum eſt,per hominē:ſed per legem antiqu[am]
8 poteſt vna pꝛohibitio ad aliā extēdi. ¶ Quero † an[d] per non con-
d fectionem inuentarij heres perdat Trebellianicā:ſicut perdit Fal-
cidiam.Et hāc queſtionē tetigit Roffre.in libellis ſuis ſuper [...]
titul.Iac.de Are.tetigit in l.cū tale.§.j.de condi.⁊ demonſtra[...]
bi dicit tex.ꝙ tenetur heres reddere rationē,ergo facere inuenta-
rium:dicit Iac.de Are.quod eſt caput rationum.Cyn.tangit [...]
authē.ſed cū teſtatoꝛ.finaliter inclinat.qđ pꝛopter non cōfectio-
nem inuentarij,non perdatur Trebellianica.Et iſtud determi-
nando dicit Iac.de Bel.diſputando,⁊ ponit in coꝛpo.de here.⁊
Falcid.vnde ſumitur authenti.ſed cum teſtatoꝛ.Et eſt ratio,q[...]
non mutatur,quare ſtare pꝛohibetur,⁊ a lege non reperitur mu-
9 tatum? Reſpondeo ad iſtam legem,† qꝛ ex identitate rationis [...]
inducitur coꝛrectio legum,vt eſt gl.C.de ſacroſan.eccleſi.auth.
quas actiones.l.tam is.§.j.de dona.cau.moꝛ.⁊ ſ.ſol.matri.l.[...]
ro.§.de viro.intelligēdo pꝛout intellexi:⁊ tex.in l.pꝛecipimus [...]
ſi.C.de app.dicit,ꝙ non coꝛrigitur,niſi quatenus expꝛeſſe ca[ue]-
tur.Ad hanc legem reſpondeo quod nihil facit:qꝛ text.dicit [...]
idē dici poteſt in teſtamētis in quibus lex Falcidia ceſſat.Qu[...]
igitur ceſſat Falcidia ipſius teſtamenti vigoꝛe,in illis ceſſat Tre-
bellianica. Sed ſi ceſſat Falcidia pꝛopter aliud,ſcilicet pꝛopter
defectum heredis,vt pꝛopter non confectionē inuentarij,tunc nō
pꝛopterea Trebellianica ceſſat,qꝛ nulla lex dicit. Dices,imo
colligo ex eo qđ hic dicit tex.qꝛ dicere heredem ſuſpectum venit
extrinſecus,non ex teſtamēto,⁊ ſic vndecunque veniat,ſiue ex te-
ſtamento,ſiue extra,habet locum hec regula:ſed non placet,qu[ia]
licet ſ.poſuerit quando ceſſat non ex teſtamento,tamen hic po[ni]-
tur regula,quando ex ipſo teſtamento,⁊ iſta videtur mihi mu[l]-
tum equa,quam tene menti.

ADDITIONES.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Vel melius. Iſta non eſt vera,vt p[er]
Alex.in l.ita tamen.§.qui ex Trebelliano.j.eod.
a POMA. ¶ Vltimo.Et vide Bald.in auth.ſed cum teſtatoꝛ.C.
ad l.falcid.⁊ Ioan.hic.Mo.in authen.ſi mulier.C.ad l.falcid.
b ¶ Ad pias cauſas.Adde an in relictis ad pias cauſas eſſet Tre-
bellianica,Bal.conſil.vj.⁊ lxxviij.ij.lib.⁊ conſil.lxx.iij.li.Bar.
conſ.vj.⁊ lv.Angel.conſ.xli.⁊ conſ.lix.Paul.de caſt.cōſ.cxxxi.⁊
ccxxv.⁊ ccl.⁊ ccvij.Abb.conſ.lx.j.lib.⁊ ij.lib.conſi.xxxi.Ro.con-
ſil.ccvj.⁊ conſil.clxxxv.⁊ cclxxvij.⁊ cccxxxvij.Old.conſil.ccxlvj.
IO.FR.RV. ¶ Adde Quod opi.Bar.eſt communiter appꝛo-
bata vt hic no.Alex.⁊ Iaſon.
c AND.BARB. ¶ Secunda queſtio.Et vide quod no.Pau.in
auth.ſimiliter.C.ad legem Falcid.Adde an teſtatoꝛ poſſit pꝛohi-
bere Trebellianicam,Pau.de ca.conſi.cix.Rom.conſ.lxx.⁊ cc-
lxxvj.⁊ dum Alex.videtur ſequi Cy.relicto Bal.q in iis de reſti-
tuendo grauatis,non poſſit pꝛohiberi Trebellianica,dic ꝙ opi-
nio Bal.ſequitur Ro.conſi.ccvj.
d ¶ Quero an.Adde an heres per non cōfectionem inuentarij per-
dat Trebellianicam,Bar.conſi.ij.Pau.de ca.conſi.cxxiij.⁊ con-
ſi.ccix.Ioan.de Ana.conſi.lxvj.Oldra.conſi.cxxxiij.Bald.con-
ſilio xcvij.ij.lib.
IO.FR.RV. ¶ Adde.Quod in iſta queſtio.ſunt opiniones [...]
inde vt hic per Alex.⁊ Iaſ.qui ſequuntur Bar.
1 ☞ Teſtatoꝛ ſi grauat heredem reſtituere hereditatem,ſub [con]-
ditione:an fideicommiſſum vniuerſale contribui debeat cum [lega]-
tis,⁊ de omnibus Falcidia detrahi:an vero legata pꝛeſtantur [in]-
tegra,⁊ de fideicommiſſo detrahatur Trebellianica.
2 Contributio fideicommiſſi vniuerſalis,⁊ legatoꝛum,quando [...]
quarta que detrahitur,quando dicatur Falcidia,⁊ quādo Tre-
bellianica.

## §. Idem Pomponius.

Etiam ſi heres [...] rogatus reſtitue-
re,deductis legatis,fit contributio legatoꝛū,⁊ fideicommiſſi vni-
uerſalis.h.d.Oppo.de l.cum heres,deductis.j.eo.Sol.non ſolum
dic ꝙ ibi erāt legata inualida. ¶ Quero,quid impoꝛtāt hoc ca[ſu]
hec verba,deductis legatis? Rn̄d.non,vt legata debeant minora[ri],
ſed vt heres poſſit ea ante pꝛeſtare,quam hereditatem reſtituat.
Quero,quantum eſtimabitur fideicommiſſum vniuerſale.Re[ſ].
1 patet ex dictis in pꝛecedentibus legibus.Quero,† quid ſi te-
ſtatoꝛ grauauit heredem de reſtituendo hereditatem ſub conditio-
ne,ſi deceſſerit ſine liberis,vel ſub alia conditione,an debet con-
tribui fideicommiſſum vniuerſale cum legatis,⁊ de omnibus Fal-
cidia debet detrahi.an legata pꝛeſtantur integra,⁊ de fideicom-
miſſo vniuerſali detrahatur Falcidia,ſeu Trebellianica.Pꝛob[o]
quod legata debent ſolui integra,ſi vires hereditatis patiun-
tur,de eo quod ſupereſt detrahitur Trebellianica. Pro hoc in-
duco text.ſupꝛa ad legem Falcid.l.penultim.§.pꝛimo.hoc vide-
tur fuiſſe de mente teſtatoꝛis qui legata reliquit pꝛeſtanda inco[n]-
tinenti:fideicommiſſum vero vniuerſale reliquit in conditionis
euentum

euentum. Hoc etiam conſuetudo obſeruat. Sed ſi eſſet fideicom-
miſſum vniuerſale relictum partim pure, partim ſub conditione,
tunc fieret cōtributio: caſus eſt ĩ. eo. l. ita tamen. §. heres ex aſſe. ꝛ
ibi dicam. Lex ergo, qui quadringēta, ꝛ l. Marcellus loquūtur,
quando fideicommiſſum vniuerſale, ꝛ legata ſunt pure relicta, vel
fideicommiſſum vniuerſale, eſt relictum pro parte pure, ꝛ pro par
te ſub conditione, dicto §. heres ex aſſe. ꝛ hec ſunt tenenda mēti,
1 quia quotidiana. ¶ Quero † quando fit contributio fideicōmiſſi
vniuerſalis ꝛ legatorum, vtrum quarta que detrahitur, dicatur
Falcidia, vel Trebellianica: quod eſt neceſſe ſcire, propter ea que
dixi ſupra, de non confectione inuentarij, propter quod perditur
Falcidia, ꝛ non Trebellianica. Reſpon. ſicut dicitur in l. Gallus.
§. ille caſus. quod ſicut coniunguntur duo capita legis Velleie,
ita coniunguntur due leges, ſcilicet lex Falcidia, ꝛ ſenatuſconſul
certum Trebellianū, ꝛ detrahitur vna quarta que partim ſapit
naturā Trebellianice, ptim Falcidie. Simile dixi in inſtituto ex re
ta, in l. ex facto. ſ. de heredib. inſtituen. Hoc etiam apparet ex le-
gibus precedentibus, propter coactionem heres perdit totam
quartam, ꝛ ſic reſpectu fideicommiſſarij tota dicitur Trebellia-
nica, ꝛ in omnibus, que agentur cum fideicommiſſaria, appella-
bitur Trebellianica: in omnibus que agentur cum legatarijs
ſingularibus appellabitur Falcidia.

1 Alienatio rei, que ſubiacet reſtitutioni, an valeat.
2 Alienata res imputatur in quartam.
3 Trebellianica an in vna re poterit deduci.
4 Fideicommiſſarius vendicare poteſt alienata.

a **§. Res que.** [a] Opp. ĩ. eod. l. cū hereditas, ꝛ l. ita tamē. §. actiones. ſol. ibi alienauit ex neceſſitate,
ꝛ ſoluit creditoribꝰ: vnde pretiū fuit, nō cōuerſum in eius vtilita-
tem hic ſic. Opp. ad predicta. ĩ. eo. l. mulier. §. ſed enim, ꝛ ſ. de pet.
hered. l. diuꝰ. Solu. fateor, ꝙ ibi alienat ex neceſſitate incubēte ex
parte rei, que ſeruari nō poterat, vel nō expediebat: tñ qꝛ pretiū
conuertitur in vtilitatē heredis, cōputatur in quartam, d. §. ſed
enim. ¶ Oppo. C. cōmunia de lega. auth. res que. Solu. Fateor,
ꝙ ibi poteſt fieri alienatio in certis caſibus tamē ſi cōuertitur in
vtilitatem ſuam, cōputabitur in quartā, vt ibi patet. ¶ Ex pre-
dictis ergo dicit Dyn. Aut alienauit heres rogatus de reſtituen-
do, volūtarie: ꝛ tūc cōputabit ſibi in quartam, vt hic: aut neceſſa-
rio, ꝛ tūc aut pretiū non cōuertitur in ſuā vtilitatē, ꝛ non copu-
tat in quartā, vt ĩ. eod. l. cum hereditas. ꝛ l. ita tamē. §. actiones.
Aut cōuertitur in ſui vtilitatē, ꝛ cōputatur in quartā, vt legio.
b ſ. alleg. ¶ Quero, [b] an † alienatio rei, que ſubiacet reſtitutioni, va-
1 let. In hoc ſunt opin. quidā dicūt, ꝙ non valet aliquo tēpore, ꝛ ita
intelligunt hic, ꝙ de facto tantum tenet: que opin. nō eſt bona. l.
ſeruo legato. §. j. ſ. de leg. j. ꝛ ibi dixi. Alij dicūt, ꝙ de iure antiquo
indiſtincte valebat, vt hic: ſed hodie eſt immutatū per iura codi-
cis, qꝛ ſi ſubiacet reſtitutioni pure, nō valet alienatio: ſi ſub condi
tione, ſic, vt C. com. de leg. l. fi. §. ſed. qꝛ, ꝛ in hoc dicūt bene. per iu-
ra vero authenticorū eſt immutatum, ꝙ etiā in conditionalibus
nō valeat alienatio, vt in auth. res que. ita dicit hec gl. Circa hoc
ſunt gl. contrarie quas dixi in l. ſeruo legato. §. j. ſ. de leg. j. ꝛ ibi
tenui, ꝙ in hoc nihil ſit immutatū per iura authēticorū. ꝛ ꝙ pen-
dente cōditione alienatio valeat, ꝛ teneat, dic vt ibi. Alij dicunt,
ꝙ alienatio valet vſque ad quartā. vt hic, ꝛ tāgitur per gl. in l. fin.
2 §. ſed qꝛ. C. com. de leg. Ad qꝺ videdū an ſit verum: † quero, vtrū
alienata cōputentur in quartā heredi? Et licet text. hic ſimplici-
ter videatur dicere, ꝙ ſic: tamen quidam intelligūt hic, ꝙ imputa
tur heredi, ſcilicet fideicōmiſſario volēte, non aliter. Et ita dicitur
in gl. d. l. fi. §. ſed qꝛ. ꝛ per Inn. de teſta. c. Raynaldus in gl. ſuper
ver. in reſiduo. Dico, ꝙ fideicōmiſſario volente, nō eſt dubium ꝙ
imputatur in quartam, vt hic. Facit, ꝙ pretiū, ꝛ fructus compu
tantur in quartā, vt ſ. ad leg. Falci. l. Paulus. ꝛ l. qꝺ de bonis. §.
fructus. Sed fideicōmiſſario inuito, an in quartam cōputetur?
hic tex. facit, qꝺ ſic: qꝛ ſimpliciter loquitur: quod placet, ſi heres
malitioſe non alienauit. Nam in qua re debet deduci quarta, erit
in arbitrio iudicis, l. non amplius. §. fi. cum l. ſeq. ſ. de leg. j. ſed eſt
equum ꝙ iudex arbitretur, ꝙ in re malitioſe alienata cōputetur
* in quartā, ne vexetur, ſi ab eo cui alienauit, euinceretur, arg. l. fi. *
§. fi. de leg. ij. eodem modo, quādoqꝫ eſt arbitriū iudicis, vt in vna
re tantum detrahatur Falcidia, quā heres elegerit: puta, ſi res eſ
ſet filio in vita, in peculio aſſignata per patrem, vt C. fam. erci. l.
filium quē habētem ſecundum vnam lec. qꝺ examinaui pleniſſime
3 in l. in quartā. ſ. ad leg. falcid. ¶ Quero, † vtrum [c] quarta poſſet
c deduci in vna re? Dic vt dixi in dic. l. quartam. ¶ Quero, † quo-
4 modo [d] poterit res alienata vendicari a fideicommiſſario, cum nō
habeat ius ante reſtitutionem, ꝛ reſtituere non poteſt alienata?
Gloſſ. quod eſt ſpeciale hoc caſu, quod vendicet abſque reſtitu-
tione. idem nota. in l. pen. in fin. C. eodem

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Res que. Pro declaratione vide Rom. conſ. lxx. in
vlt. col. ꝛ quid ſi heres vendidit res ſubiectas reſtitutioni, adue-
niente caſu reſtitutionis an debeat res eſtimari ſecundum quod
valebat, an vero quod vendidit, qꝛ heres, vide Old. conſi. cvij. Et
vide Joan. de Imol. in conſil. xviij. ꝛ vide Ludo. Roma. in conſil.
xviij. incip. viſa facti narratione.

b ¶ Quero. Adde an valeat alienatio rei prohibite alienari. Pau.
de Caſt. conſi. xvj. ꝛ inquantum Alex. tangit an prohibitus alie-
nare pro ſoluenda condēnatione maleficij, pro quo eſt incarcera-
tus, adde ꝙ Bal. conſi. clxxxvj. ij. lib. ſentit ꝙ non. ꝛ in illo conſilio
ponit quid ſi teſtator permittat alienare pro neceſſitatibus, que
dicatur neceſſitas, ꝛ an ſi primo alienauit quādo non ſuberat ne-
ceſſitas, an poſſit ſecunda vice alienare ſubſiſtente cauſa.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Ang. l. fi. Iſtam opinionem ſequit̃
Aret. conſi. xviij. in vltimo dubio.

c AND. BARB. ¶ ¶ Quero vtrum. Etiam vide alias fallentias
per Bald. in l. iubemus. C. eod.

d ¶ Quero quomodo. Adde vt per Pau. de caſt. cōſ. lxv. i fi. j. vol.

1 ☞ Teſtator ſi diuiſit quaſi totū patrimoniū inter filios, ꝛ in il-
lis rebus illos inſtituit, quādo predicta veniāt in fideicōmiſſum.
2 Legata non veniunt in ſubſtitutionem vulgarem.
3 Prelegata veniūt in ſubſtitutionē pupillarē. Item in exēplari.
4 Donatio, que morte confirmatur non venit in fideicommiſſum.
5 Cōditionis implende datum cauſa, an veniat in fideicōmiſſum.
6 Pupillari ex ſubſtitutione quod capitur, an veniat in fideicom-
miſſum.
7 Accreſcendi iure quod venit in fideicommiſſum, venit.
8 Ex vulgari ex ſubſtitutione, quod deuenit ad aliquem, quando
veniat in fideicommiſſum.
9 Compendioſa ex ſubſtitutione quod venit, in fideicommiſſum an
veniat.
10 Teſtator qui dixit, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, deueniat
de vno ad alium, videtur primo legaſſe, poſtea rogaſſe.
11 Teſtator quando dixit, reſiduum bonorū meorum a dictis iudi-
cijs, ꝛ legatis, videtur grauare tantum de portione hereditaria.
12 Prelegata an veniant quando teſtator dixit, ſi deceſſit ſine libe-
ris, bona mea deueniant in talem.

**§. Quidam.** Si aliquis primo legat, poſtea rogat, le-
gata veniunt in fideicommiſſum, ſi here
ditatis non eſt facta mentio. h. d. Opp. ꝙ omnia veniant in fidei
commiſſum. l. cum virum. C. de fideicommiſ. Sol. Ibi verba fidei-
commiſſi fuerunt generalia, ſcilicet qcquid peruenit, ꝛc. ideo nul-
la adhibetur diſtinctio: hic fuerunt indefinita, ꝛ ſimpliciter pro-
a lata, ſcꝫ portionem ſuam. ¶ Oppo. ſ. ad leg. falci. [a] l. Titia. Solu.
Ibi primo rogauit, poſtea prelegauit, ideo non veniunt in fidei-
commiſſum: hic ecōtra quo caſu habet locuꝫ diſtinctio huius. §.
vide gl. que ponit hanc diſtinctionem, ꝛ ſigna. Et in gl. ibi l. Ti-
tia. dic, niſi fuerit vſus verbis generalibus, vt in fi. gl. In gl. ſuper
verb. hereditariam. ibi hereditatis portionem, dic hoc debet va-
1 care ſecundum Dy. Quero, † quid ſi teſtator quaſi totum patri-
monium diuiſit inter filios in teſtamento, ꝛ eos heredes inſtituit
equalibus portionibus, vel in illis rebus, qꝺ idem importat. l. ex
facto proponebatur. de here. inſtit. an illa prelegata veniant in fi
deicommiſſum. Videtur ꝙ ſic, qꝛ tex. hic loquitur quando fuerūt
inſtituti ex diſparibus partibus. In contrarium facit gl. que di-
cit idem, ſi ex paribus. Dico, ꝙ ſi pater prelegando diuiſit patri-
moniū inter filios equaliter, ita qꝺ modicus exceſſus eſt, ꝛ eos e-
qualiter iſtituit, qꝺ portio, quā vnus frater hꝫ iure prelegati, ſuc
cedit in locū portionis, quam haberet iure hereditario, in bonis
alteri fratri aſſignatis, ꝛ ideo totū videt̃ habere iure hereditario:
caſus eſt in l. quid ergo. ſ. de lega. j. ꝛ qꝺ ibi not. in vlt. gloſ. Facit,
quod dico in l. qui Rome. §. duo fratres. in vltima queſt. ĩ. de ver.
obl. Nec ob. hic §. qꝛ loquitur quando fuerūt inſtituti in diſpari
bus partibus, vnde non poteſt dici ꝙ vna portio. ſuccedat in lo-
cum alterius. Non enim poteſt in ea dimidia ſuccedere in locum
tue tertie, ꝛ ideo notabiliter dicit text. ex diſparibus, ꝛ gl. que di-
cit, idem ſi ex paribus, procederet, quādo portiones eſſent pares,
prelegata eſſent multum diſparia, ita ꝙ portio non poſſet ſucce-
2 dere loco portionis, vt dixi, ſecus ſi eſſent paria. ¶ † Quero, hic
dicitur, ꝙ legata veniunt in fideicommiſſum, an veniant in ſubſti
tutione vulgari. Caſus eſt ꝙ nō, in l. Sextiam, alias Sextitiam. ſ.
3 de le. iij. ꝛ l. miles pro parte. ſ. de leg. ij. ¶ † Quero, an prelegata [b]
b veniant in ſubſtitutione pupillari. Dico ꝙ ſic. l. cū pater, in prin
cip. ſ. ad legem Falcid. ꝛ l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. de vulga
ri ꝛ pupillari. Idem intelligo in exemplari ſubſtitutione. l. huma
4 nitatis. C. de impu. ꝛ ali. ſubſtitu. ¶ † Quero quid in donatione
que morte confirmatur, vt inter virum, ꝛ vxorē. Reſpondeo, non

veniunt in fideicõmiſſum ſm Dynum, in l.ſequẽs queſtio. ſupꝛa
5 de legatis ij.ꝛ per Cyn.in l.cũ virũ.C.de fideicommiſ. ¶†Quero
quid in eo,quod datur cauſa conditionis implende, an veniat in
fideicõmiſſum. Dic vt l.qui heredi. §.cum hereditas, verſicu.ſed
6 cum ſuſpecta.de conditio.ꝛ demonſtratio. ¶†Quero,vtrũ illud
c quod ex ſubſtitutione pupillari[c] capiatur veniat in fideicommiſ-
ſum? De hoc videbitis tex.in l.ita tamen.§. qui ſuſpectam. infra
7 eodem.ꝛ ibi dicam. ¶Quero†an illud quod venit ad aliquem
iure accreſcendi,veniat in fideicommiſſum? Reſpondeo quod ſic,
vt ſupꝛa de acquiren.heredit.l.ſi totam,ꝛ quod ibi not.ꝛ infra eo
dem,l.Papinianus.quod eſt verum indubitanter,quando, adit
coacte,vt ibi.Idem ſi ſponte,quia poꝛtio accreſcit poꝛtioni, non
8 perſone,d.l.ſi totam.ꝛ l.ſi Titio.§.j.de vſufru.¶†Quero,vtruꝫ,
id quod deuenit ad aliquem ex ſubſtitutione vulgari,veniat in fi
deicommiſſum? Reſpondeo,ſi adit coacte:non eſt dubiũ,l. apud
Iulianum.§.j.infra eod.Sed quãdo adit ſponte poteſt dubitari.
Et videtur diſtinguendũ ſicut in legatis, ſcilicet aut fuit graua
tus per verba generalia,aut per ſimplicia, ꝛ tunc aut fuit graua
tus de reſtituendo poꝛtionem ſuam, ꝛ non videtur quod veniat
in fideicommiſſum,qꝛ ius ſubſtitutionis coheret perſone,nõ poꝛ
tioni,l.ſi ex pluribus, infra de ſuis, ꝛ legi. Sed verius eſt, quod
totum venit in fideicõmiſſum,ꝛ totum videtur ſua poꝛtio , ſicut
ſi eſſet inſtitutus ex parte pure,ꝛ ex parte ſub conditione,vt ſu-
pꝛa ad legem Falcid.l.pꝛima.§.id quod ex ſubſtitutione,ꝛ l.in ra
tione.§.queſitum.eodem titulo,ꝛ de acquirenda hereditate.lege,
9 ſi tu ex parte.¶†Quero , an id[d] quod deuenit ad aliquẽ ex ſub-
d ſtitutione cõpendioſa veniat in fideicõmiſſum? In hoc eſt aduer-
tendum,quod quandoque per compendioſam ſucceditur dire-
cto,etiam poſt aditã hereditatem,vt ſi fiat a milite,vel ſi fiat a pa
tre filie Femine,ſecundum ſtatuta huius ciuitatis,que pꝛecipiũt
ꝙ pater poſſit facere teſtamentũ filie quomodo velit, ꝛ tunc cum
dicta ſubſtitutio locũ habeat,etiam poſt aditam hereditatem,vt
dixi,ꝛ ſi quis capit eam tanquã poꝛtionẽ alterius, ſi fuerit roga
tus de reſtituendo per illa verba,poꝛtionem ſuã,videtur qđ non
veniat in fideicõmiſſum,argumen.l.qui fundum.§. qui filium,ſu-
pꝛa ad l.falcid.ſecus ſi fuiſſet rogatus per verba generalia.ſed ve
rius puto,ꝙ indiſtincte veniat in fideicõmiſſum.Nam l.qui fun-
dum.§.qui filium.loquitur de ſubſtitutione pupillari,per quam
ſucceditur pupillo.ſed per cõpendioſam ſucceditur teſtatoꝛi de-
functo,ideo dico idẽ,ꝙ in vulgari,per eaſdẽ leges.Si vero ſucce-
ditur ex cõpendioſa,que valet iure fideicõmiſſi poſt aditã here-
ditatem,l.pꝛecibus.C.de impube.ꝛ ali.ſubſti. tunc illud venit in
fideicommiſſum,vt j.eo.l.heres mei.§.cum ita. Habita tñ diſtin-
ctione,aut pꝛimo reliqt,poſtea grauauit,aut ecõuerſo, aut dixit
poꝛtionem ſuã,aut poꝛtionẽ hereditatis.ſicut dictum eſt in pꝛe-
e allegatis,vt ſ.de lega.iij.l.ſi Titius.[e] Quero,glo.[f] hic diſtinguit,
f aut pꝛimo†legauit,poſtea rogauit,aut econuerſo:quid ſi de oꝛdi
10 ne non apparet, vt qꝛ dixit teſtatoꝛ, ſi quis eoꝛũ deceſſerit ſine li-
beris,bona deueniant de vno ad alium:in quibus verbis ſimul,
ꝛ ſemel cuilibet relinquitur,ꝛ quilibet grauatur, an videtur pꝛi-
mo legaſſe,an pꝛimo grauaſſe? Reſpõdeo, pꝛimo videtur legaſſe,
11 vt j.eo.l.Sceuola.in fi.quod dic vt ibi dicam. ¶†Quero,quid ſi
teſtatoꝛ dixit,reſiduũ bonoꝛum meoꝛũ a dictis iudicijs,ꝛ legatis
deueniat in talẽ. Reſpon.manifeſtus eſt ſenſus,ꝙ ſolũ de poꝛtio-
12 ne hereditaria grauauit,nõ de eo qđ capit alio iudicio.¶†Que
ro,qđ ſi dixerit,ſi deceſſerit ſine liberis bona mea deueniãt in ta-
lem? Reſpond.Aut dixit oĩa bona,ꝛ tũc idem ac ſi dixiſſet, quic-
quid ad eũ peruenerit,l.cum virum.C.de fideicõ.coniuncta.l. Iu
lianus in pꝛinc.ſ.de legat.iij.Si vero dixit bona mea,nec vſus eſt
ſigno vniuerſali,tunc puto idẽ ac ſi dixiſſet poꝛtionem , vt hic : ꝛ
ideo adhibẽda eſt diſtinctio que p̃cedit.facit.j.eod.l.ſi legatũ.§.j.

ADDITIONES.

a POMA. ¶Oppo.ſ.ad l.Falcid.Et vide plene Bald.qui nota
bilia verba dicit in l.cum virum.C.de fideicommiſ.
b ¶An pꝛelega.Adde Oldra.conſil.vij.
c ¶Pupillari.Adde Bal.conſil.xciij.ꝛ ccvij.ij.lib.ꝛ conſil.lxxiiij.
iij.lib.ꝛ conſil.cccclij.lib.iiij.
d AND.BAR.¶Quero an id.An autem veniant pꝛelegata,quã
do hereditas aufertur ab indigno , vide text.ſing. in l.cum qui.§.
pꝛo parte.ff.de his quibus vt indi.ſecundum Bald.in l.cum vi-
rum,quod eſt not.dignum.
e ¶L.ſi Titius.Adde aduertendum dum Alex. dicit ꝙ Bar.in
l. Sceuola dicit contrarium eius quod hic dicit , qꝛ non eſt ve-
rum imo Bart.in vlt.verb.reſpondet ad §.quindecim , ꝛ ita in-
telligit,ꝛ alleg.Rom.idem ſeq.conſil.xviij.
f AND.BARB. ¶Quero.glo.Quid autẽ ſi ignoꝛatur an pꝛimo
legauerit,vel poſtea,qꝛ teſtes non recoꝛdãtur de oꝛdine cognitio
nis cui incũbit onus pꝛobãdi? Uide Bald. in l.cũ virum pꝛealle.

**§. Si is,qui.** Si hereditas delicto heredis ſit publi
cata,fideicõmiſſum debetur a fiſco. h.
d.Hic ſunt videnda duo.Pꝛimo,vtrum ex apertura tabularum
quis pꝛiuetur heredicate:qđ dic vt l.iij.§.non tantum.ꝛ l.neceſſa
rios.§.j.ſ.ad Silla.Secundo gl.tractat hic materiam aliam,ſci-
cet,ꝙ vtrunqꝫ debeat diſtingui,ſcilicet an dicatur occiſus a fa
lia,vel ab extraneo,clam,vel palam:quod plene no.C.de his qui-
bus vt indig.l.cum fratrem.ꝛ l.iij.§.non tantum.ſ.ad Sylla.

LEX IIII.

1 ☞Libelli foꝛma quando fideicommiſſarius petit heredem inſti
tutum cogi adire ꝛ reſtituere.
2 Iudex cum allegatur ſuſpectus iure ciuili, cauſe non inſeruia
tur:iure Canonico ſecus.
3 Pꝛoceſſus factus a iudice recuſato,eſt ipſo iure nullus.
4 Nolle adire hereditatem,non eſt repudiare.
5 Suſpectam hereditatem dicens,non perdat debita iure natu
Filius poteſt inſtitui ſub conditione poteſtatiua.
Adire quis cogitur officio iudicis.
6 Socijs ſi ex duobus alter inuito ſocio vadit ad mercandum ſuſci
piens in ſe periculũ,ꝛ lucratur,non comunicat cum ſocio lucrum.

**Quia poterat.** Supꝛa in l.j. in pꝛinc.ꝛ §.j.
vſqꝫ ad §.ſi heres. tracta
uit de remedijs transferendarũ actionum,ꝛ de exceptio
ne, que datur heredi, ꝛ de ea que datur contra heredem,ſiue
tribus,in §.ſi heres.tractauit de quarto remedio, ſcilicet de reten
ctione quarte Trebellianice hic tractat de quinto, ſcilicet de re
medio coactionis.H.res põt cogi adire ꝛ reſtituere,nec eſt quere
1 da cauſa quare adire recuſet.h.d.¶Nota.†ex pꝛincip.foꝛmam li
belli,quando fideicommiſſarius petit heredem inſtitutum cogi
adire,ꝛ reſtituere:debet enim dicere ſe velle ſuo periculo here
tatem adiri,ꝛ reſtitui ſibi,ꝛ petere heredem a iudice ad hoc cogi.
¶Opp.ꝙ vani timoꝛis nulla ſit eſtimatio,ſeu excuſatio,l.hec au
tem ſatiſdatio.ſ.tit.j.ꝛ j.de regul.iur.l.vani.Gl.nõ ſoluit.Dic ꝙ
hic quis neminẽ grauat,ſed ſe exonerat, ideo eſt pꝛo ratione vo
luntas.Ita Dyn.hic,ꝛ de nou.ope.nun.l.j.in prin.in illa queſtio
ne gl.an in nunciatione ſit inſerenda cauſa.¶Oppo.hic dicitur,
ꝙ ſine onere tranſit hereditas:contra, imo ſemper cum onere, vt
ſ.de legat.j.licet. Solu. hic fuit expꝛeſſe actum , ꝙ tranſiret ſine
onere:vel melius,hic non loqnitur de oneribus hereditarijs, ſed
de moleſtia,quam ille,qui adit coacte,ꝛ reſtituit.euitat.¶Glo.
2 hic inducit in arg.†an qñ quis dicit iudicem ſuſpectum ſit inſe
renda cauſa.Et omnes noſtre gl.ꝛ doc.iuris ciuilis dicũt ꝙ nõ,
Canoniſte contra , extra de offi. deleg. cap. ſuſpicionis, ꝛ cap
peti. c.cum ſpeciali , vnde in terris Imperij tenetur opin. iſtius
3 gl.¶Sed quero,†quid ſi recuſatus vt ſuſpectus,non obſtãte re
a cuſatione pꝛocedit,an pꝛoceſſus ſit nullus.[a] an veniat annullan-
dus.Inno.in d.c.cum ſpeciali.dicit non memini me legiſſe,ꝙ pꝛo
ceſſus ſit nullus:ſed debet annullari.Hoſt.tenet contrariũ.Io.
and.recitat oppo.ſimpliciter.Ego de facto dixi,ꝙ memini me le
giſſe,ꝙ pꝛoceſſus eſt ipſo iure nullus, qꝛ recuſatione pꝛopoſita,
b ipſo iure eſt exemptus ab eo,ꝛ eius iuriſdictione:ideo pꝛoceſſus
eſt ipſo iure nullus,l.j.C.ſi quacunqꝫ pꝛedi.po.Et ſi dicas,ibi
ſpeciale,fateoꝛ ꝙ in hoc eſt ſpeciale,ꝙ oꝛdinarius recuſatur de iu
re ciuili, ſed non in eo ꝙ dicitur ꝙ pꝛoceſſus eſt ipſo iure nul
4 ¶Quero,vtrũ nolle adire.[c] ſit repudiare hereditatẽ.Hic tex
c detur ꝙ ſic,contrarium tenet glo.in l.qui ſe patris.C.vnde lib.
Ultramon.tenent contra illam glo.pꝛo quibus facit hec lex.S
reſpõdeo,licet hic dicatur,ꝙ ille,qui dicit ſe nolle adire, poſſe
gi,non tamen per hoc ſequit̃ ꝙ ſit repudiatio.Quod ptꝫ,qꝛ
coactionem põt penitere,ꝛ adire.l.ita tamen.§.ſi patronus.
5 Hoc tñ examina,vt dixi in l.ſi quis ſuus.de iure delibe.¶†Que
d ro an[d] ille qui dicit hereditatẽ ſuſpectam,perdat debitum iure na
ture.Iac.de are.dicit ꝙ non,qꝛ in debito iure nature hoc non
peritur,nec eſt eadem ratio,arg.eius quod no.in l.ſi quis lega
in fi.j.de falſ.Facit C.de fideicom.auth.hoc amplius.qđ dictum
intelligo,ſi poſt repudiationem eum penituit: quod poteſt fi
fina.C.de repu.hered.alias ſecus.Nam quartam ita demum ha
bet ſi vult eſſe heres.l.iam dubitari.ſ.de here.inſti.Et hoc appa
ret ex eo,qđ poteſt filius inſtitui ſub conditione poteſtatiua,ꝛ
non vult adire,non poteſt conqueri de teſtatoꝛe.l.ſuus quoque
6 §.j.ꝛ ij.de heredi.inſtitu.¶Quero que iure quis cogatur adire
tex.hic innuit,qđ officio iudicis,dũ dicit,cogatur a pꝛetoꝛe.Di
cam.j.eo.l.non eſt cogendus.vbi gloſ.ponit.¶Inducitur ad c
7 Duo †erant ſocij vnius mercantie,vn⁹ vult ire Uenetias,alter
cõtradicit:ꝛ ille dicit,volo ire meo periculo,ꝛ ſic vadit eo inuito,
ſuo periculo,ꝛ multa lucratur,an ſocius pꝛohibens debet habere
partem lucri.Et fuit determinatum per hanc legeꝫ,qđ non,qui
* ſuſcepit in ſe periculum,ꝛ ſic cõmodum debet eſſe ſuũ.*Facit ſi
ſtita.

ſtitut.pro ſocio.§.illud.⁊ ſic fuit antiquitus determinatum,quod menti tene.

ADDITIONES.

a ¶ Nullus. Adde vltra Alex. an proceſſus iudicis recuſati, ſit nullus.Bar.conſ.cv.Bald.conſ.ccccxxviii.iii.lib.Paul.de Caſt. conſ.xxii.⁊ inquantum Alex.dicit ꝙ Ro.nihil.decidit,qꝛ qđ pendebat de facto,tu vide deciſionē,⁊ latius in hac opinio.per ipſuz Ro.conſilio ccxx.Et de cauſis recuſationis,vide Oldradum cōſilio ccccj.adde quod contra Bart.in hoc tenet Lanfran.ſequendo Innocen.in c.quoniam contra.de proba.de quo etiam per Angel.de Are.in rubr.j.de appel.

b AND.BAR. ¶ Ideo proceſſus.Et vide Bald.in d.l.j.

c AND.BARB. ¶ ¶ Nolle adire.Et vide Bartolum in dicta l. quiſe patris.

d Quero an.Adde inquantum Alexan.tangit an filius,qui repudiat poſſit petere legitimam.Bald.conſil.lxxiii.j.libr.Angel.conſil.lxxj.Petr.de anchar.conſil.cccxiii.

* CLAVD.DE SEISS. ¶ Eſſe ſuum. Sequitur Roman. conſi.cccclxxv.

LEX V.

Sed,⁊ qui magna. Dignitas heredis grauati ⁊ vtilitas teſtatoris defuncti,non excuſat quin heres cogatur adire,hoc dicit.

LEX VI.

1 ☞ Aditio hereditatis recuſari poteſt per abſentem, ⁊ ſic per nuncium,vel per epiſtolam.

2 Petitio contra eum,qui incertus eſt,an velit adire, vel recuſare, qualiter formetur.

3 Decretum coactionis,ſcilicet ꝙ quis cogatur adire,⁊ reſtituere, interponitur inter abſentes,quia ſummarie proceditur.

a Recuſare. a Ab abſente pōt recuſari aditio,⁊ in abſentem poteſt interponi de-

1 cretum coactionis.h.d. ¶ † No.ꝙ hereditatis aditio poteſt recuſari per abſentē, ſcilicet per nuncium, vel per epiſtolam. ¶ Scđo not.ꝙ non ſolū quando certum eſt, ꝙ qs recuſat aditionem,ſed etiā qn̄ eſt incertuz,poteſt peti ꝙ cogatur adire,⁊ reſtituere. ¶ Tertio no.ꝙ iſtud decretū coactionis interponitur inter abſentes. Ad primum opp.ſ.de acqui.here.l.per procuratorem.Reſpondeo,adire non poſſum per procuratorem, vt ibi:ſed repudiare ſic, vt hic: que non placet.cum vtrunqz ſola voluntate perficiat.Preterea,text.in l.ii.de offic.procur.Ceſaris dicit,ꝙ eā poteſtatē,quam habet in adeundo, habet in recuſan-

* do.Dic ergo,* ꝙ recuſatio nō eſt repudiatio, vt dixi in l.qꝛ poterat.Vel dic ꝙ per ꝓcuratorē declarat repudiatio hereditatis,nō autem repudiat.Ad ſecundū,quando eſt incerta voluntas,videtur qđ nō debet cogi adire,⁊ reſtituere.qꝛ ſi heres vellet adire,eſ-

2 ſet iniquum qđ priuaretur quarta.Reſpondeo,puto ꝙ † hoc caſu deberet formari petitio ſic,ꝙ talis veniat ad dicendū ſi vult adire hereditatē,vel nō:⁊ ꝙ ad hoc ſtatuatur ſibi certū tēpus, intra qđ ſi recuſauerit,tūc cogatur adire.Primū probatur per ea que dixi in l.ſi quis inſtituat.ſ.de here.inſtit.ſecundū probatur,

3 hic,⁊ ſ.eo.l.qꝛ poterat. ¶ Ad tertiū opp.†.⁊ videtur ꝙ aduerſ9 abſentē nō poſſit interponi tale decretū,l.fi.§.illud.C.de tempo. appel.⁊ l.de vnoquoqz.j.de re.iud.Soluit.glo.ꝙ hic nō procedit ordinarie,ſed ſummarie.Facit qđ no.in l.nec quicquam.§.vbi decretū.ſ.de offi.procōſul.⁊ leg.de reg.iur.l.omnia quecunqz. Ad qđ vide no.C.ſi vt ſe ab.hered.abſti.authē.ſi omnes. ¶ Quero, dicitur hic in fi.ad qđ preſentia eorum nō eſt neceſſaria quiá eſt hoc dictum:Gloſſ.dicit,ad qđ ſcilicet,vt certioretur.qđ placet,ſi interponetur decretum per eū modum quē dixi.ſ.formando petitionem.Alii vt Jac.de Aret.dicunt,ad qđ,ſcilicet decretū interponendū,⁊ trāſferendū actiones,vt C.eo.l.pen.§.fi. Iſtud dictū eſt verū,quādo iam eſſet hereditas adita per heredem,vt ibi:ſed hereditate non adita nō poſſunt trāſferri actiones in fideicōmiſſum per decretū,l.ille a quo.§.ſi de teſtamēto.j.eo.Intelligo ergo ad qđ,ſcilicet ad decretū coactionis interponēdū,qꝛ herede contumaciter abſente iudex interponet decretū.Sed ſi dices,qđ operetur iſtud decretū.Reſpōd.multum qꝛ licet heres decederet hereditate nō adita,fideicōmiſſum nō extinguitur.C.eod.l.non iuſtam.Facit quod not.per Cyn.in l.eam quam.C.de fideicommiſſ.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Recuſare.Et vide tex.in l.ſi cum ſeruum.§.finali,⁊ ibi Ang.j.de fidei.lib.⁊ in l.cum vero §.ſubuentum eod.tit.

* CLAVD.DE SEISS. ¶ Dic ergo.Iſta ſolutio eſt de mente gloſſ.penult.hic.

§. Meminiſſe. Succedentes ab inteſtato,⁊ ſui coguntur adire,⁊ reſtituere.hoc dicit. Oppo.ꝙ in herede ſuo non fit neceſſaria coactio,vt j.eod.l.ita tamen.§.ſi pater.Solu.vt ibi videbitis.

1 ☞ Fiſcus,ad quem vadit hereditas,an teneatur mortem defuncti vindicare.

§. Si fiſco. Fiſcus,ciuitas,⁊ collegium cogūtur hereditatem adire,⁊ reſtituere.h.d. ¶ Quero an iſte §.ꝑut loquitur de bonis,que deuoluuntur in fiſcū,loquatur poſt aditam hereditatē ab herede,vel ante:Glo.ponit duas opin.ſcilicet,ꝙ pōt loqui in hereditate adita,vel in hereditate nō adita,ꝙ dic,vt l.ſi ſequēs gradus.ſ.ad Syl.qđ tn̄ requiratur adi-

1 tio.facit j.de iure fiſci.l.eius qui delatorem.§.fi. ¶ Quero † an fiſcus,ad quem vadit hereditas,teneatur mortē defuncti vindicare:Gl.ꝙ non:quod tene mēti.Facit,ꝙ ille ad quem vadit hereditas alicuius in penam illius, non teneatur ad illa, ad que tenebatur ille primus,a quo aufertur:ꝙ modo non examino.

1 ☞ Subſtitutio,in eum,qui eſt per fideicommiſſum grauatus,intelligitur directa.

2 Subſtitutio vulgariter,⁊ pupillariter,⁊ per fideicommiſſum, valet ⁊ eſt in electione ſubſtituti,per quam ſuccedat.

3 Clauſula,ſi filius ſuus deceſſerit ſine liberis,talem ſibi inſtituit,⁊ ſubſtituit,quid operetur.

a §. Titius. a Verbum † ſubſtituo,intelligitur directo in

1 eo,qui etiā eſt per fideicommiſſum grauat9.h.d.Not.quod dixi in ſummario.Item no.ꝙ quādo quis eſt ſubſtitutus directo,⁊ per fideicommiſſum,eſt in electione ſua, quam

2 viam eligat, ⁊ per † hoc cum in teſtamentis ſepe ſcribuntur hec verba,ſubſtituens talem vulgariter,⁊ pupillariter,⁊ per fideicōmiſſum:apparet ꝙ valet,⁊ eſt in electione ſubſtituti.Ad idem l.ſi quis ſeruo.de manu.teſta.⁊ Gul.ponit.C.de impube.in l.preci-

3 bus.⁊ ego dixi in materia ſubſtitutionis compendioſe. ¶ † Itē per hunc §.dixi in queſtio.de facto,dixit teſtator, ꝙ ſi filius ſuus deceſſerit ſine liberis, talem ſibi inſtituit,⁊ ſubſtituit : quod debet intelligi, inſtituit directo, ſubſtituit per fideicommiſſum, vt ſic aliquid operentur hec verba:ſic hoc verbum,ſubſtituit,quod eſt commune, intelligitur de directa propter fideicommiſſariam, que ſequitur. Facit, quia verbum ſubſtituo, aptum eſt ad directam,vt ſupra,de hered.inſtitu.per totum.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Titius.Et no.illud quotidianū,vulgariter ⁊ pupillariter,⁊ per fideicōmiſſum.vide hic Bal.⁊ Ang.inquantum probant ꝙ electio eſt heredis,ſeu ſubſtituti,qꝛ idē voluit in l.ſi quis ſeruo.j.de manu.teſta.⁊ idem voluit ibi Ang.qui dicit ꝙ iſte tex.eſt melior de iure ſm Jo.de Imo.hic intelligit quādo eſt extraneus ſubſtitutus,vt hic per eum,non aūt vbi eſſet coniunctus teſtatori,⁊ poſſet adiri.Simile qđ voluit Bar.in l.j.in ii.q. ſ.de iure cod.vbi dicit,⁊ ſoluitur disiuncta,⁊ erit electio heredis, ſed non facit ad caſum iſtuz,qꝛ nos loquimur in ſubſtituto.Ego conſulo nunc ꝙ habeat locum fideicommiſſum quando ipſe ſubſtituit filias adinuicem vulgariter,pupillariter,⁊ per fideicommiſſum.

1 ☞ Citatus ad locum non tutum,non tenetur ire.

2 Citatio ad locum manifeſte non tutum,eſt ipſo iure nulla.

3 Excipiens de loco non tuto,tenetur cauſam inſerere.

4 Citatus pōt excipere de aere malo,⁊ corrupto in loco citationis.

§. Si quis alio. Eo loco,⁊ eo tempore debet hereditas reſtitui,ſi fieri pōt, quo teſtator iuſſit,alias poterit alio loco vel tempore reſtitui,ſi fuerit dies certa,ſed ante diē certam reſtitutione facta per Trebellianū,actiones non tranſeunt.h.d.vſqz ad l.apud Julianum.legam tamen per partes. ¶ Opp.de hoc ꝙ cogitur ire ad locum.j.l.proxim.dicitur contrarium.Solu.Ire cogitur,ſi cōmode poteſt, vt hic:alias ſecus,vt j.l.proxi.tūc eīn cogetur hic adire,⁊ reſtituere, nec cogetur ad locum accedere.Sed tunc oppo.qꝛ hic facit ei ſimilem eū,qui iuſſus eſt reſtituere ad diem:⁊ innuit ꝙ ille qui iuſſus eſt ad diē reſtituere cogi poſſit ante diem,qđ eſt contra l.ſed, ⁊ ſi ante.j.eo.Soluit glo.qđ ſunt ſimiles quo ad quedam:vel verius hic loquitur de iuſſo reſtituere in diem certam,quo caſu poteſt reſtitutio fieri ante diem:ibi loquimur de die incerta.Iſta eſt vera,probatur j.eo.l.cogit.§.cum quidam.Opp.in l.ſed ſciendū, dicitur,ꝙ pōt fieri reſtitutio conditione non impleta,contra in l. proxi.ſed,⁊ ſi alio.§.fin.Solu.Hic fit mentio de duplici conditione,vna ſi nomen veſpilonis portauerit, quod nomen eſt turpe, ⁊ eius interpretationem ponit glo.ideo hec conditio tanquam turpis reiicitur.l.facta.§.ſi in danda.j.eo.habetur ego fideicommiſſum pro puro. Secunda conditio fuit, ꝙ iuſſus fuit ire Alexandriam.De iſta dicamus,qđ non fuit appoſita in modū conditionis,ſed cuiuſdam iuſſus,ſeu modi,cuius defectus nō impedit. l.Titio.ſupra de legat.j. Vel fuit conditio poteſtatiua,que defi-

cit per caſum, vnde habetur pro pura, vt not. in l. in teſtamēto, la
ij. de condi. ⁊ demonſtra. ¶ In l. de etate. j. eodem. Gl. ſuper ver-
bo, liceat, dicit, hoc eſt argumentum contra eos qui impetrant li
teras in loco nō tuto. ſic ſ. ex quib. cau. maio. l. iij. Not. ꝙ citatus
1 †ad locum ſuſpectum nō tenetur ire. Pro hoc j. de legationib. l.
2 ſciendum ⁊ ibi dixi. ¶ Sed quero, †ſi aliquis citatur ad locū nō
a tutum, [a]vtrum citatio ſit ipſo iure nulla, aut eſt neceſſe ꝙ pars ex
ceptionem opponat? Reſpōdeo, ſi locus eſt manifeſte ſuſpectus,
citatio eſt ipſo iure nulla, caſus eſt in cap. paſtoralis de re iudica.
3 in Cle. ⁊ ibi per gl. in ver. notorio. ¶ †Quero, an ille qui excipit,
ꝙ locus ad quem citatur, non eſt tutus, debeat inſerere cauſam:
* *Reſpō. ſic, dixi j. de exce. l. j. ¶ Quero, †aliquis citaẗ vbi eſt ma
4 lus, ⁊ corruptus aer, vtrum poſſit de hoc excipi? Reſpond. ſic, vt
habetur in hac l. ſed ſciendum. j. proxi. verſic. ſed ⁊ ſalutis, ⁊ ex-
tra de renuncia. c. ad ſupplicationem, vt ibi text. ⁊ glo. j.

ADDITIONES.

a ¶ Non tutum. Adde an teneatur comparere, ⁊ an citatio ſit nul
la, Old. pulchre conſi. xlij. ⁊ multa que conceduntur, quando pro-
pter guerras non eſt tutus acceſſus ad aliquem locum, vide Ro.
conſil. ccccxxxiij. Et an bannitus teneatur comparere ad locum
vnde fuit bannitus. vide Bald. conſilio ccccxxxvj. iiij. lib. ⁊ inquā
tum etiam Alexan. tangit an heres rogatus reſtituere poſt mor-
tem pauperibus, poſſit in vita reſtituere, vide que poſui in l. poſt
mortem. C. de fideicom. vbi quid Abb. quid Bald. quid Pet. de
Ancha. quid Ro. ſenſerint conſulendo.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Inſerere cām. Vnum no. ꝙ vbi qs
non audet propter inimicitias cōparere, iudex debet eum face-
re aſſociari a familia ſua, eius tū expenſis. ita dicit Bal. in l. data
opera. col. xvij. ver. ſi quis propter inimicitias. C. qui acc. nō poſ.
per l ſi. C. de eroga. milit. annon. lib. xij. ⁊ vide aliquid in materia
per Aret. in c. veniens. col. xv. de accuſat.

LEX IX.

1 ☞ Verba non puto mihi expedire hereditatem adire, ⁊ ſimilia,
prolata poſt tempus datum ad deliberandum, inducunt diſpoſi-
tionem.
2 Cauſa non requiritur in repudiatione.
3 Inſtitutus ſub conditione, vel ad diem, an poſſit cogi adire, ⁊ re
ſtituere ante. Item an poſſit adire ſponte, ⁊ reſtituere.
5 Inſtitutus pure, ⁊ rogatus reſtituere ſub conditione, quando
poſſit adire, ⁊ reſtituere: ⁊ an talis poſſit adire ſpōte, ⁊ reſtituere.

1 **Sed, ⁊ ſi alio.** Not. †ꝙ hec verba, nō puto
mihi expedire hereditatē adi
re, ⁊ ſimilia plata poſt tēpus datum, inducunt diſpoſi
tionē, quaſi dicat p certo repudio. Facit j. eo. l. omnes.
dixi. ſ. de leg. j. l. ſerui electione. in prin. ⁊ l. gerit. de acq. here. Not.
2 †ꝙ in repudiatiōe nō requiriẗ cauſa, vt ſ. eo. l. qꝛ poterat. ¶ Op.
ad §. ſi quis ſub coditione. j. eo. l. apud Iulianū. §. Antiſtia. Sol.
hic loquitur de inſtituto ſub cōditione, ibi de īſtituto pure, roga-
to ſub cōditione. ¶ Opp. ad l. ſed ⁊ ſi ante, qꝛ ad diem non poteſt
quis heres inſtitui, l. hereditas. de here. inſti. Sol. hic de die incer
ta, ibi de certa, vt ibi not. ¶ Pro declaratione gl. que eſt hic que-
ro, an inſtitutus ſub conditione, vel ad diē, poſſit cogi adire, ⁊ re-
ſtituere ante? Scđo, vtrū hoc poſſet facere ſponte? Tertio, vtrū
inſtitut⁹ pure rogatus ſub cōditione poſſet cogi adire, ⁊ reſtitue
3 re? Quarto, vtrū hoc poſſet ſponte facere? †Circa primū dic aut
eſt inſtitutus ſub cōditione impoſſibili, vel turpi, ⁊ habeẗ pro in-
ſtituto pure, l. ſed ſciēdū. in fi. ſ. eo. ⁊ l. facta, §. ſi in danda. j. eo. ⁊ de
cond. inſti. l. j. Aut eſt cōditio poſſibilis, ⁊ tūc aut eſt poteſtatiua,
⁊ pōt cogi implere, ⁊ adire ſi poteſt, ſi nō poteſt, remittiẗ ſibi cōdi
tio, l. ſed ſciēdū. ſ. eo. Si vero eſt cōditio caſualis, tūc interim nō
poteſt cogi adire ⁊ reſtituere, vt hac lege, in fi. De inſtituto vero
ad diē certū dic, ſi inſtituiẗ a pagano, habetur pro inſtituto pure
vt ſ. de here. inſti. l. hereditas, ideo ante pōt cogi adire ⁊ reſtitue-
re, vt j. eo. l. cogi. §. cū quidam. Si a milite, dic vt dixi de inſtituto
ſub cōditione, vt de teſt. mili. l. in fraudē. §. miles. ⁊ j. prox. l. ſed ⁊ ſi
4 ante, ſm vnam opi. gl. Circa ſecundū, †an poſſit ſponte adire, ⁊ re
ſtituere? dico ꝙ adire nō poteſt, ſed poteſt petere bono. poſ. ſecū-
dum tabu. l. ij. §. ſi ſub conditione. de bonorum poſſeſ. ſecundū ta-
bul. dixi in l. ſi quis inſtituaẗ. de heredi. inſtitu. reſtituere poteſt
de facto, nō ꝙ actiones trāſeant per Trebellianū, niſi ratihabitio
ſubſequaẗ, aduenīēte die, vel cōditione, vt d. l. ſed ſi ante. ¶ Circa
tertiū, †ſcilicet, de inſtituto pure rogato ſub cōditione, vtrū poſ-
5 ſit adire ⁊ reſtituere, dic, aut eſt rogatus de reſtituendo pure vni
pro parte, ⁊ alij ſub cōditione pro alia parte, ⁊ tūc ab eo, cui eſt ro
gat⁹ pure. poteſt iterum cogi adire, ⁊ reſtituere, l. j. §. ſꝫ ⁊ quoties.
ſ. eo. Aut eſt rogatus tātū ſub cōditione, ⁊ tūc poteſt cogi adire
⁊ reſtituere, nō tamen trāſeunt actiones per trebellianum, vt j. l.
apud Iulianū. §. antiſtia. Si vero eſt rogat⁹ reſtituere ad diem,

tunc aut eſt dies certa, aut incerta: primo caſu poteſt cogi …
re ⁊ reſtituere, l. recuſare. in fi. ſ. eo. ⁊ l. cogi. §. cū quidā. j. eod. …
eſt dies incerta, ⁊ tunc aut ſuſpendit fideicōmiſſum, ⁊ idem …
ſimplici cōditione, l. dies incertus. de condi. ⁊ demonſt. ⁊ C. …
deicom. l. poſt mortem. ſecundū vnam lect. Si vero die fideicō…
non ſuſpēdit, vt qꝛ eſt appoſitus dies mortis fideicomiſſarij. l. …
res meus. de condi. ⁊ de. non. tūc idē ꝙ in die certa, l. poſt mort…
6 ſecundum aliā lecturam. ¶ Circa vltimā, †vtrū ſponte poſſit a…
re ⁊ reſtituere? dic, aut eſt rogatus de reſtituēdo pluribus, ⁊ …
reſtituendo vni nō tranſfert actiones, nec ſibi cōtingit liberati…
niſi in euentum cōditionis, ille cui facta eſt reſtitutio ſuperuiu…
⁊ ſibi reſtitutū eſſe velit, l. cum pater. §. a filio. ſ. de leg. ij. ⁊ l. …
§. Seium. ſ. de leg. iij. Si vero eſt rogatus de reſtituēdo vni …
aut eſt ſui iuris, ⁊ poteſt interim reſtituere ⁊ adueniente cōditio…
ne, contingit liberatio, non tamen interim transferuntur actio…
nes per trebellianum: qꝛ nō eſt facta reſtitutio prout defunct…
voluit, l. poſt mortem. C. de fideicom. probatur in hac l. ⁊ ita …
intelligunt, licet gl. hic, ⁊ l. poſt mortē, aliter ſentiat. Aut ille …
debet fieri reſtitutio, non eſt in ſua poteſtate, ⁊ non poteſt …
reſtitui, l. filiuſfamilias. §. diui. el. j. ſ. de leg. j. ⁊ ibi dixi ratione …
timo glo. que eſt hic, quia diſtinguit in hac materia, vide ⁊ ſigna.

LEX XI.

1 ☞ Statutum quod quis cogatur ſuſcipere arbitrarium, qua…
liter intelligatur.

**Apud Iulianum.** Heres non … adire, niſi omne …
num qđ timet, ſibi ſarciatur, vel a pretore remittatur …
1 d. Not. ar. †ꝙ ſtatuta que dicūt aliquos cogendos ad ſuſcipien…
dum arbitramētum, debent intelligi, niſi illi aliquod commodu…
ſuſpectum habeant, aliquod damnum timeant: tunc enim nō p…
ſunt cogi, niſi illud ſibi ſarciatur, vel a pretore remittatur, vt …
1 ☞ Vulgaris tacita vt valeat, requiritur aditio ex teſtamento …
numero 3.
2 Exiſtentia ſui heredis, dato coherede extraneo, nihil operatur.
Teſtamentum non poteſt aſſumere vires a tacita vulgari.

1 **§. Idem Iulianus.** †Ad cōfirmationē tacite vulgaris requiritur
aditio ex teſtamēto paterno. h. d. ſm gl. Vel dic, ꝙ loquitur in pu
pillari, ⁊ ſecundum hoc, intendit, ꝙ propter fideicommiſſum relic…
ctum in ſecūdis tabulis, cogitur inſtitutus in teſtamēto paterno
adire, vt pupillares tabule, ⁊ fideicōmiſſum per conſequens cōfir
mentur. h. d. Opp. ꝙ inſtitutus in teſtamento patris non poſſit
cogi adire. l. ita tamen. §. a patre. j. eo. l. ij. §. interdū. ſ. de vul. ⁊ pu.
Sol. nō cogiẗ adire ante mortē pupilli, vt ibi, poſt ſic …. Op.
vnius aditio ſufficit ad confirmādū teſtm̄ paternū. l. ſi nemo. de te…
ſta. tut. ⁊ hic: ſed hic pupillus fuit heres patris. ergo nō eſt neceſ
ſe ꝙ alij cogantur. Sol. gl. intellige, ꝙ hic pupillus nō adiuit. Sꝫ
a tunc opp. [a]exiſtentia ſui heredis confirmat tabulas pupillares. l.
pater. de priui. credi. ⁊ l. ſi filius. de vul. ⁊ pupi. ⁊ l. ſi pupillus. ſ. de
2 acqui. here. Sol. †nota. hic pupillus habebat coheredē extraneū,
⁊ ſic exiſtentia ſui heredis nihil operatur. Hoc tꝫ Dy. per hunc
§. in materia ſubſtitutionū. ⁊ Cyn. in materia vulgaris ſubſtitu…
tionis. in l. precibus. C. de impub. qđ eſt verum quantū ad pro…
ſitum, non ſimpliciter, vt dixi plene in l. filius qui patri. de vu…
pup. Sed tunc opp. ꝙ ſubſtitutio pupilla. nō poſſit habere …
filio non exiſtente herede patri, vt Inſti. de pu. ſubſt. in prin. …
luunt quidā, ꝙ hic ſubſtitutus fuit vulgariter, ſꝫ nō pupillar…
quod gl. non plꝫ, qꝛ tex. dicit, ſecundis tabulis. Preterea, ſi fu…
ſet ſubſtitutio vulga. poſſet adire ex ſubſtitutiōe, lꝫ ex inſtitu…
adita non fuerit: vñ nō eſſet neceſſe inſtitutū cogi adire. Dicit …
go gl. ꝙ hic fuit facta ſubſtitutio pupil. tñ ſubſtituti nō adib…
ex pupillari, nam hereditas pupilli nō eſt aliqua, cū non adiu…
paternam: ſed adibunt ſubſtituti ex tacita vulgari cōtenta in …
3 preſſa pupillari. ¶ No. ex hac gl. †ꝙ tacita vulgaris requirit …
teſtm̄ paternū confirmetur per aditionē factam ab alio, quā …
ipſo ſubſtituto: ⁊ ſic teſtm̄ non pōt incipere aſſumere vires a ta…
ta vulgari: caſus eſt hic ſm hanc gl. ⁊ Dy. ſm Gul. de cu. in l. pre…
cib. C. de impu. Cōtrarium tꝫ Old. ⁊ ego idē teneo. Pro hoc ad…
duco caſum. ſ. de teſta. mili. l. neqꝫ enim. §. fi. ⁊ l. ſeq. quod plene …
mino in l. j. ſ. de vul. ⁊ pup. in illa q. de ſecundo effectu tacite vul…
garis. Ad hanc l. Reſp. qđ loquiẗ de ſubſtitutis pupillariter …
adibūt ex pupillari. Nec pōt dici, ꝙ pupill. nulla eſt hereditas …
ne hereditate paterna. Quid enī phibet, ꝙ pupillo nō obueniā…
alia bona que fuerūt ſibi queſita p tutores ſuos. Et hanc opi. …
detur tenere gl. in l. pe. de ven. inſpic. ⁊ in l. ex Corne. de vul. ⁊ pu.
⁊ in l. j. illius tit. plene dixi. Opp. ꝙ non ſit neceſſe, ꝙ ambo adeāt,
cū vno adeūte accreſcit ſibi portio illius repudiātis. §. his itaqꝫ.
C. de ca. tol. Sol. coguntur vt pareatur voluntati defuncti, qꝛ for…
te intereſt fideicommiſſarij. vt magis habeat ab vtroqꝫ quā ab
* vno, argu. eius quod dicitur C. eod. l. non initam. ⁊ l. recuſare. * …

Titius.

titius.ſ.eod. Querit gl. de qua hereditate. Dic vt in gloſſ.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Sed tūc opp. Et vide Bal. ⁊ ibi Joā. in l. ſi filius heres.ſ. de libe. ⁊ poſthu. ⁊ qđ not. in l.fi.ſ. de condi. inſtit. ⁊ in l.iij. C. de iure delibe. l. Papinianus.§. quarta.ſ. de inoffic. teſtam.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ L. recuſare. Adde ꝙ in ſimili dicit Bal. per hanc legem auth. ſi captiui. col. penul. C. de epiſc. ⁊ cleri.

1 Fideicommiſſarius ſi decedit ante factam reſtitutionem, an reſtitutio poſſit fieri eius heredi.

2 Exempla principis ſequenda ſunt.

## §. Utrum autem

Coactꝰ adire ⁊ reſtituere, ſi actiones in fideicōmiſſarium non trāſferuntur, perinde non tenetur ac ſi nō adiuiſſet. h.d. cum

1 §.ſeq. Innuit † iſte §. ꝙ ſi fideicōmiſſarius decedit ante reſtitutio

a nem, ꝙ reſtitutio nō poteſt fieri heredi eiꝰ. Contra ĵ. eo.ª l. cogi.§. Metianus. C. de fideicom. l.iij. ⁊ l. ſi in perſonā. Gloſ. reſpondet, ⁊ ponit veritatē. Intelligas hic fideicōmiſſarium deceſſiſſe ſine herede, hec vera, licet aliter gl. dicat in l. cū filio.ſ. de leg.j. ſed ibi reprobaui, ⁊ in l. a teſtatore. de condi. ⁊ demonſt. ⁊ ibi dixi. Oppo. ꝙ

2 exēplum non ſit ſequendum, l. nemo. C. de ſen. Sol. hic † fuit exemplum Principis, qđ eſt ſequendum. l.fi. C. de legib. Oppo. ꝙ ante conditionē nō poſſet quis cogi adire ⁊ reſtituere, l. ſed ⁊ ſi alio. ⁊ l. ſed ⁊ ſi ante.ſ. eod. Solu. ibi fuit inſtitutus ſub cōditione: hic pure, rogatus ſub conditione. Hec ſolu. eſt bona in ſe, tamen ratio d. l. ſed ⁊ ſi ante. adhuc durat, qꝛ ſi reſtitutio ſit ante aditionē ab eo qui rogatus eſt pure, nō fit ſecundum qđ teſtatoꝛ voluit, ergo non tranſeunt hic actiones. Solu. Fateoꝛ, ꝙ nō tranſeunt hic actiones per Trebellianū per rationē l. ſed ⁊ ſi ante. ⁊ ideo fuit introductum remedium diui Pij, vt ſi ante decederet fideicommiſſarius, quam actiones trāſeant per Trebellianū, heres qui adit, non teneatur: quod contingit ſiue fideicommiſſarius decedat ante reſtitutionem, ſiue poſt, ante tamen conditionis, vel diei incerte euentum. ¶ Oppo. ſecundum hoc innuit, ꝙ heres interim teneatur creditoꝛibus. Reſpondeo, fateoꝛ, tamen ſibi non nocet, quia eſt qui eum defenderet, ſcilicet tutoꝛ pupilli. Sed ſi non eſſet qui eum defenderet, haberet locum remedium diui Pij. Et ſic eſt expedita gloſſ. magna, prout pertinet ad hunc §. aliud quod ſequitur dicam in l. ſequen. ¶ Oppon. ad petitionem iſtius ſerue non poteſt quis cogi adire, vt ĵ. eodem. l. non eſt cogendus. Quedam glo. parua hic nititur ſoluere. Dic vt l. cogi.§. pen. ĵ. eodem.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Contra ĵ. eod. vide eundem Bart. qui ita conſuluit in conſil. lxxxvj. incip. factum ſuper quo dantur conſilia, vbi ita dicit formaliter ꝙ ſi moꝛitur cum herede, ⁊ non ſit facta reſtitutio, tranſmittit fideicommiſſum.

LEX XII.

## Sed cum ab herede.

b tam etiam in liberis pꝛimi gradus, vt C. eo. l. iubemus. ⁊ no. in l. fideicõmiſſariam, ſ. eo. Sol. Fateoꝛ, ꝙ non computantur in quartam, ſed bene cõputantur in aliam cauſam, per quam licet minuere fideicõmiſſum, vt hic. Op. dos eſt debita filie, ergo fructus nõ computantur in dotẽ, niſi dicatur a teſtatoꝛe, vt l. ſi debitoꝛ. ſ. ad

3 l. fal. Sol. Jac. de † Are. ꝙ dos nõ eſt debita iure obligatiõis, ſed legis officio iudicis ex equitate. que equitas ceſſat quando mulier habet aliunde vnde ſe alat, ſicut dicimus in alimentis, in l. ſi quis a liberis. §. ſed ⁊ ſi filius. ſ. de lib. agno. Vides ergo qð Ja. de Are.

c tenet, quod dos non debetur filie iure obligationis, ⁊ bene. Vnde contradicat gl. de act. ⁊ obli. l. obligamur. §. j. quã ibi repꝛehẽdit, ⁊ Gul. de cu. ⁊ l. cum is. §. j. de cond. indeb. Aduertendũ tamẽ eſt, q2 verba Jac. de are. hic, videntur innuere qð maritus detrahat quartam ⁊ etiam dotem, quod non eſt veru3, vt in auth. res que. C. communia de leg. vbi dicit, quod ita demum poſſumus res que ſubiacent reſtitutioni, alienare in cauſam dotis, quando legitima poꝛtio ad dotem non ſufficit: non ergo debet habere vtrunq3 integrum. Et ideo hic §. in fi. qui loquitur de fructibus computandis in dotẽ, non coꝛrigitur. Hoc tenet Jac. de bel. in auth. de re-

4 ⁊ ea que pa. §. quam ob rem. in ij. q. ¶ Sed † quero,[d] mulier perce-

d pit multos fructus ex hereditate, ſed eos conſumpſit: vtrum illi fructus conſumpti computentur in dotem? Reſpõ. tex. dicit hic ac ſi ꝙ ſuperfuiſſet rogata eſſet reſtituere. Ex hoc cõcludo, quod ſi fructus non malitioſe conſumpſit, ſed large his vſa ſit non computantur ſibi, l. Titius rogatus. ĩ. eo. Alia circa hanc materiã di-

e cam in l. a filia in pꝛin. ĩ. eo. ¶ Vltimo old.[e] alle. † hunc tex. quod

5 ſi teſtatoꝛ dixit, relinquo vxoꝛi mee, donec caſte ⁊ honeſte vixerit, quod relictum debet habere, etia3 ſi tranſeat ad ſecunda vota: q2 caſte ⁊ honeſte viuere eſt, vt hic, ibi mulieris pudicitie congruebat, ⁊c. Pꝛo hoc eſt tex. expꝛeſſus. xxxj. diſtin. c. Nicena.* Vnde

* dicere debet donec caſte ⁊ honeſte vixerit, ⁊ vitam vidualem ſeruauerit. Pꝛedicta vera, niſi de voluntate teſtatoꝛis, vel de communi vſu loquendo aliud appareret.

ADDITIONES.

a ¶ Dotis alienare. Adde dum Alex. ponit an res ſubiecta reſtitutioni poſſit pꝛo alimentis alienari, qð Lu. Ro. conſuluit qð ſic. eius cõſil. cclxvj. Et an fil a grauata reſtituere p̃e cauſe poſſit de illis bonis dare dotem marito, ⁊ quod maritus illã lucretur vigoꝛe ſtatuti. vide Bal. conſi. ccxxviij. iij. lib. ⁊ lxxij. ndib.

b POMA. ¶ Opp. fructus. Et vide Bal. in l. iubemus. C. eo. in auth. hoc amplius. C. de fideic. ⁊ Joan. de imo. in l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ in c. Raynutius. de teſta.

c AND. BARB. ¶ Et bene. Adde Pau. de Ca. conſi. ccxxij. ⁊ cc. xxxv. ⁊ ibi an pater filiam nuptam dotare cogatur.

d ¶ Sed quero. Et vide Bartolum in l. filiuſfamilias. §. diui. de le. j. vbi dicit quod Jac. de Are. dicebat per iſtum tex. quod lz quis ſit pꝛohibitus alienare, tamen poteſt alienare in cauſa dotis.

e ¶ Oldrad. Adde quod idem Oldra. conſi. ccxiij. conſuluit quod ſi maritus leget vxoꝛi donec in hoſpitio vixerit ipſius mariti, mulier amittit legatum ſi nubat. licet virum ducat in hoſpitium pꝛimi viri. POMA. ¶ Et vide Ang. in auth. de non eligen. ſecundo nub.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ c. Nicena. Jn contrariũ facit tex. in c. j. in fi. cum gl. de ſumma. trinit. ⁊ ibi no. Bal. Quid autẽ de teſtatoꝛe relinquente pecuniam pauperibus mulieribus maritandis, an executoꝛ poterit eligere viduas: vide Bal. in pꝛoem. decretal. col. viij.

**§. Vt Trebelliano.** Trebellianum ita demum locu3 habet ſi quis eſt rogatus vt heres. h. d. op. ſ. ad l. Fal. l. penales. §. fi. vbi legatarius detrahit Falcidiam. Sol. Jbi detrahit ex pꝛeſumpta volũtate teſtatoꝛis, quia ſibi eſt detractum, no. ſ. eo. l. j. §. denique. ¶ Querit gl. ab aliquo herede eſt legata pars bonoꝛum, an poſſit cogi adire ⁊ reſtituere. Et gl. diſputat, dic vt dixi in l. ſi quis ſeruu3. §. fi. ſ. de leg. ij. ¶ Querit gl. quid ſi ab herede eſt legata pars hereditatis ⁊ reſtituere: Et ſub hoc nomine hereditatis, an poſſit cogi adire, ⁊ reſtituere: Et dicit, ꝙ poſſit cogi, q2 tranſiture ſunt actiones. d. l. ſi quis ſeruũ. §. fi. cum l. ſeq. Hoc tenet Jac. de Rauen. ⁊ Cy. in l. filium quem habentem.

bentem, in ver. de quarta Trebellianica. C. famil. erciſcun.

LEX XXIIII.

**Q**Uoties. Portiones apposite in inſtitutione videntur repetite in fideicommiſſo, niſi ex onere appoſito, vel ex expreſſione propriorũ nominũ aliud inducatur. h. d. Opp. C. de impub. ꝛ alijs ſubſtit. l. fi. Solu. vt in gl. Opp. vt j̃. de duob. reis. l. ſiue a certis. Sol. Illa debet intelligi ſecundum iſtam. vt ibi no. ¶ Quero, quid ſi nomen proprium ꝛ appellatiuum ſit expreſſum? Dic vt in glo. Et circa hoc dic, vt dixi in l. turpia. §. ſi pars. de leg. j.

LEX XXV.

1 ☞ Dies fideicommiſſi vniuerſalis quando cedat.

**Q**Uidam ita in teſtamento.

Tranſlatio fideicommiſſi in dubio intelligitur, ſi primo fideicommiſſi reſtitutio facta non fuerit. h. d. Primo ponitur thema ꝛ queſtio. Secundo, vna reſponſio. Tertio, illa reſponſio in dubium reuocatur. Quarto, illa reſponſio in totum corrigitur ꝛ noua ponitur. Secunda ibi reſpondi. Tertia ibi, ſed an ea. Quar
1 ta ibi, marcellus. ¶ † Pro declaratiõe quero, quãdo cedit dies
fideicommiſſi vniuerſalis? Gl. reſpondet hic, ꝙ a die adite hereditatis, vt hic in gl. ſuper verbo, adeatur. ꝛ gl. ſeq. Idem tenet gl. s̃. de regula Cato. l. iij. Dy. s̃. de adim. leg. l. iij. §. j. Jac. de Are. cõtra, ꝙ a die mortis, ſicut in legatis ꝛ fideicommiſſis ſingularibus, qđ examinaui in l. cum filio. s̃. de le. j. Oppo. s̃. de adim. leg. l. iij. §. j. vbi in dubio ad impediendam tranſlationem ſufficit diem fideicommiſſi ceſſiſſe. gl. hic, ſuper ver. prima quaqꝫ die ponit duas lec. ſed ſecundum ſecundam dicere videtur, ꝙ hic intelligatur ſecundum illam, ſcilicet, ſi prius deceſſerit, quam dies fideicommiſſi ceſſerit, ꝛ tunc ad finem huius §. ſcilicet, in ver. Marcellus. Reſponde dum dicit, ſi non iam puer hoc accepit, ſubaudi vere, vel iuris fictione, ita ꝙ actionem habebat pro eo petendo. Cum ergo die cedente fideicommiſſi actionem habebat: ergo. ꝛc. Et ita ſentit Dy. Jac. de Are. ꝛ Old. contra, quia hec expoſitio eſt directe contra tex. Dicunt ergo, ꝙ lex cõtraria debet intelligi in puero minore, cui a die cedente legati, fit mora re ipſa. l. in minorũ. C. in quib. cau. in inte. reſti. non eſt neceſ. hic loquitur in maiore, ꝛ hanc teneo. Op. de d. l. iij. §. j. vlti. reſpõ. vbi ad impediendã tranſlationẽ ſufficit ꝙ dies ceſſerit. So. ibi loquitur in legato ſingulari, de cuius natura eſt vt tranſeat recta via in legatariũ, ideo ſufficit diem legati ceſſiſſe: hic in fideicõmiſſo vniuerſali, de cuius natura eſt vt reſtituatur p heredem, ꝛ ideo verba intelliguntur in dubio ſi prius quid ei acciderit quam reſtituatur. Et circa hec plene diſtingue, vt diſtinxi in l. contraria. Opp. quod fideicommiſſario decedente ante reſtitutionem tranſmittat ad heredes ſuos, l. cogi. §. idem Metianus. s̃. eo. ꝛ no. l. apud Julianum. §. fi. s̃. eo. Solu. Hic ante fideicommiſſum fuit tranſlatum in alium, ſub illa conditione, ſi decederet antequam reſtituat: ibi ſecus.

1 ☞ Seruus heres, licet hereditas queratur domino, tamen remanet heres nomine.

**§. Si ſeruo.** Valet fideicommiſſum per qđ dominus rogatur reſtituere ſeruo inſtituto. h. d. Op. s̃. de leg. j. l. cum filio. Soluit glo. quod ibi Trebellianum habet locum quo ad omnia remedia, preterquam quoad deductionem quarte, quia non eſt heres: ſed dominus eſt rogatus. d. l. cũ
1 filio. † No. quod ſicut filius remanet heres nomine, licet hereditas
queratur patri: ita ſeruus, ſecundum hanc gl. quam tenui in l. cũ filio. licet quidam contra, vt ibi dixi.

1 ☞ Seruus ſubiectus reſtitutioni quando manumitti poſſit.

2 Heres manumittens ſeruũ reſtitutioni ſubiectum, quando teneatur ad eſtimationem.

3 Heres quando preſumatur ignorare contenta in teſtamento.

**§. Si quis filium.** Seruo qui ſubiacet reſtitutioni cũ vniuerſitate, poteſt libertas in teſtamento relinqui, ꝛ fideicommiſſario eſtimatio eius
1 debebitur. h. d. ¶ † Primo no. ꝙ ſeruo qui ſubiacet reſtitutioni
põt dari libertas. ¶ Scdo no. ꝙ ille qui dat libertatem tali ſeruo ſiue ignorãs, ſiue ſciens, tenetur ad eſtimationẽ. ¶ Tertio not. ꝙ hereditas delata tali ſeruo, venit in fideicommiſſum. Ad primum opp. j̃. qui ꝛ a qui. l. heres. Gl. ſo. pluribus modis. que ſolutiones non ſunt neceſſarie ad illã: ſed illa ſol. eſt vera, ꝙ ibi ſeruus qui erat relictus erat heredis, ideo poteſt dari ei libertas, ſed eſtimatio rei debetur, ꝛ ſic cõcordat. ¶ Scdo oppo. ad idem. j̃. qui ꝛ a quib. l. generaliter. §. fi. Gl. dicit, ſolue vt modo dixi in alio cõtrario. qꝛ ibi inter viuos, hic in teſtamento. Qđ quantũ ad illã l. non valet qꝛ ibi dicit, nullam libertatem ꝛc. ꝛ ſic nec inter viuos, nec in teſtamẽto. Sol. ergo, dicit, gl. in l. ſeruum qui ſub conditione. j̃. de manumiſ. videlicet, quod ibi ſeruus ſpecialiter fuerat legatus: hic ſub vniuerſitate. ꝙ tenet Jac. de Are. in d. l. ſeruum. ¶ Oppo. qđ huic ſeruo non poſſit dari libertas. l. fi. §. ſed qꝛ. C. cõmunia de le. Sol. gl. ꝙ ibi pure vel in diem certum erat relictus: hic ſub conditione, ꝛ hec vera. Sed contra hoc opp. de eadẽ l. fi. §. ſed qꝛ. in fi. vbi prohibetur alienatio rerum que ſubiacent reſtitutioni ſub conditione. Sol. Ibi non dicit de manumiſſione. ſed de ceteris alienationibus. Alij dicunt, ꝙ hic §. hodie corrigitur: ꝛ hanc tenet gl. in d. l. ſeruũ. j̃. de manumiſ. Mod. vt Jac. de Ra. ꝛ Cy. tenẽt quod hic §. nõ ſit correctus. Nec ob. l. fi. §. ſin autẽ ſub cõditiõe. C. cõ. de le. qꝛ ibi prohibetur inter viuos alienatio rei que ſubiacet reſtitutioni, hic loquitur de manumiſſione, que ſit in vltima voluntate. Et ſic eſt duplex fauor libertatis, ꝛ vltime voluntatis. Hoc etiam ponit glo. hic in ſolutione quadam precedentium contrariorum.
2 ¶ † Diſtingue ergo ſic, an ſeruus qui ſubiacet reſtitutioni poſſit
manumitti, aut erat ſeruus heredis, ꝛ põt manumitti, ſed debetur eſtimatio, vt s̃. qui ꝛ a quib. l. heres proprium. ꝛ l. ſi quis inquilinos. §. j. s̃. de le. j. Si vero fuerat teſtatoris, ꝛ tunc aut relict⁹ erat ſpecialiter, ꝛ non poteſt manumitti, l. ſeruum. de manumiſ. ꝛ l. generaliter. in fi. qui ꝛ a quib. Si vero erat relictus ſub vniuerſitate, tunc aut pure, vel in diem certum. ꝛ non põt manumitti, l. fi. §. ſed qꝛ. C. cõmu. de leg. Aut ſub conditione, ꝛ tunc aut manumittitur in vltima voluntate, ꝛ põt: ſed eſtimatio debebitur, vt hic. Aut inter viuos, ꝛ non põt manumitti, ſicut nec cetere res alienari, d. l. fi. §. ſin autem ſub conditione. C. commu. de leg. Illis tamen caſibus in quibus alie res poſſunt alienari, vt puta vſqꝫ ad legitimam ſi in ea que habuiſtis in l. marcellus. §. res. s̃. eod. vel ſi alienatio fieret ab ignorante, l. fi. §. fi. s̃. de leg. ij. tũc etiã valeret manumiſſio multo magis. ¶ Opp. s̃. de leg. ij. l. fi. Sol. Ibi loquitur in ignorante, quo caſu nihil eſſet ſpeciale in libertate. Opp. de actio. ꝛ obli. l. is qui ex ſtipulatu. Sol. Ibi in ſeruo qui ſubiacet reſtitutioni ex cõtractu: hic in eo qui ſubiacet reſtitutioni ex vltima voluntate, vt no. per gl. in d. l. ſeruum. de manumiſ. Venio ad ſecundũ[a] dictum,
3 hic dicitur, ꝙ tenetur ad eſtimationẽ ſiue ſciens, ſiue ignorans,
contra de cond. inde. l. in ſumma. §. pe. Sol. gl. quod ibi ſpeciale eſt hic in herede cui non permittitur ignorare cõtenta in teſtamẽto quod no. ſimilem gl. habetis, s̃. de lib. leg. l. cum heres. Tetigi in l. cetera. §. fi. s̃. de le. j. examinaui plene in l. qui Rome. §. duo fratres j̃. de ver. obli. Nam iſtud eſt verum in his que ex teſtamento dependent: in alijs ſecus, l. qui alterius. j̃. de reg. iur. Item in his que ex teſtamento dependent, non eſt verum ſimpliciter, vt dixi in d. §. duo fratres. Oppo. ꝙ ſi ignorauerit nõ excuſetur, vt j̃. de do. cau. mor. l. ſi is cui. Gl. ſo. ꝛ bene. Op. s̃. de interro. act. l. de etate. §. ex cauſa. ſol. vt in gl. opp. Inſti. de act. §. ſi quis agens. ſol. vt in gl. de quo per Dy. in c. non debet aliquid de reg. iur. lib. vj.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Venio ad ſecundũ. Et vide Bar. in l. eius qui. s̃. ſi cert. pet.

LEX XXVI.

1 ☞ Syndicus ciuitatis qualiter debet conſtitui.

**O**Mnibus. Ciuitatibus que non ſunt hoſtes Imperij, poteſt fideicommiſſum reſtitui ꝛ agere poterũt per ſuos ſyndicos. h. d. Innuit ꝙ quedam ciuitates non ſunt ſub imperio. Contra ad l. Rhod. de iac. l. deprecatio. ſolut. intelligo ſub imperio oẽs ſunt de iure, de facto non. ſunt tamen quedam que etiam ſub imperio de iure nõ ſunt, vt ciuitates donate eccleſie. Tenet enim eccleſia
1 quod talis donatio valuit. ¶ † Quero qualiter conſtituatur ſyn
dicus a ciuitate? Gl. notabiliter dicit, vel fiat per adunantiã generalem totius populi, vel per concilium, ſeu ordinem per quẽ regitur ciuitas. Vel forte aliquis qui eſt ſyndicus ex lege vel ex conſuetudine ſicut eſt hic. Nam vnus ex iudicibus capitanei eo ipſo quod eſt Judex illius tribunalis eſt ſyndicus ciuitatis. Vide gl. ꝛ no. dixi in l. ij. C. de decu. lib. x.

LEX XXVII.

**I**Ta tamen.

1 ☞ Fructus percepti, negligentia non petentis, non reſtituuntur etiam ab herede coacto.

2 Hereditate iacente queſita veniunt in reſtitutionem.

3 Fructus qui non percipiuntur iudicio teſtatoris quando veniant in reſtitutionem, ꝛ in quartam imputentur.

**§. Si ſeruum.** Queſita per ſeruũ poſt aditã hereditatẽ ab herede coacte, nõ veniũt
1 in reſtitutionẽ, ſecus in queſitis, hereditate iacente, h. d. † Not. ꝙ
fructus percepti negligentia non petentis, non reſtituuntur etiã
2 ab herede coacto. Item no. † ꝙ queſita iacente hereditate, veniũt
in reſtitutionem. Opp. j̃. proxi. §. Sol. vt ibi videbitis. Nam fideicõmiſſarius qui coegit adire, imputet ſibi, ſi non cogit reſtituere. Op. s̃. eo. l. quidam. §. fi. vbi hereditas queſita ſeruo, venit in reſtitutionem. Glo. dicit, ꝙ hic hereditas fuit queſita heredi, ibi non, Hec ſol. nõ placet. Innuit enim ꝙ plus teneatur heres qui nõ ha

bet, quaz ille qui habet. Unde Ja. de Are. dicit, ꝙ hic tēpore quo
heres fuit coactus adire nō ceſſerat dies hereditatis relicte ſeruo
ſed ceſſit poſtea tēpore quo fideicōmiſſarius erat negligens. Sed
in l. cōtraria eſt quid imputetur heredi, q⁊ facto ipſius fideicōmiſſa
5 rius priuatur hereditate relicta ſeruo. ¶ † Opp. fructus qui non
pcipiuntur iudicio teſtatoris, nō veniūt in reſtitutionē, nec impu
tantur in quartam, l. mulier. §. ſi heres. ſ. eo. hic dicitur cōtrariuz
in fructibus perceptis, iacente hereditate. Sol. dic ꝙ in hoc ver.
ſed ſi quid. ponitur caſus omiſſus per gl. in l. in fideicommiſſariaz.
ſ. eo. Nam iſti fructus non ſunt percepti iudicio teſtatoris, nec ne
gligentia non petentis, nec mora non reſtituentis: tamen veniunt
in reſtitutionem cum diſtinctione: aut adiuit coacte, ⁊ reſtituit,
vt hic. alias non reſtitueret. d. l. mulier. §. ſi heres. ⁊ tractatur per
doc. C. eo. l. iubemus.

1 ☞ Commodum quis non debet conſequi ex eo quod eſt nixus
impugnare.
2 Subſtitutione ex pupillari, quod quis capit quando veniat in fi
deicommiſſum.
3 Subſtitutus pupillo ⁊ grauatus de reſtituendo qn̄ cogatur adire.

## §. Qui ſuſpectā.

Qui adit coactus cōmodum
ex hereditate conſequi non de
bet, h. d. Primo ponit regulam. Scdo illā per exempla declarat.
1 Scda ibi, ⁊ ideo. ¶ † No. ꝙ ex eo nō debet quis cōmodū cōſequi
ꝙ nixus eſt impugnare, vt hic, ⁊ extra de re. iu. c. ex eo nō debet.
li. vj. Qd debet intelligi vt eatenus non cōſequatur premiū qua-
tenus nō potuit cōſeqni. impugnatione ſua exiſtente vera. Facit
ſ. de his qui. vt ind. l. poſt legatū. in prin. ⁊ ꝙ ibi dixi. ¶ No. dili-
gēter, ꝙ illud ꝙ quis hz ex ſubſtitutione pupillari non venit in fi
deicommiſſuz, niſi coactus adiuerit ꝙ qualiter debeat intelligi. j.
dicam incontinenti. Opp. dicitur hic. ſi habet coheredē poteſt re
tinere pupilli hereditatē. Contra de l. ſed ſi plures. §. filio. de vulg.
⁊ pupil. Gl. dicit, intelligo, ꝙ habeat coheredē aliū quā pupillū, ⁊
ſic poſſumus hic ponere in pupillo exheredato. Uel dic, quantū
ad materiā huius §. nō curo habeat coheredē filiū, vel extraneum
ſed contrariū loquitur quo ad ſeparationē bonorū: de quo plene
notatur in l. quidā elogio. C. de iu. deli. dixi plene in l. fi. ſ. de acq.
here. Opp. ſ. §. proxi. Sol. vt hic in j. gl. q⁊ cōmodum poteſt conſe
3 qui qui adit coacte ex negligentia non petentis. ¶ † Quero vtrū
illud ꝙ quis capit ex ſubſtitutione pupillari veniat in fideicom-
miſſum. Hic vr̄ caſus ꝙ non, niſi adiuerit coacte. In contrarium
vr̄ dicendum ſicut in legatis, l. qui fundū. §. qui filios. ſ. ad l. falci.
Sol. Qn̄qz quis rogauit de reſtituendo pure. ⁊ ſubſtituit, ſub cō-
ditione q⁊ omnis ſubſtitutio pupillaris eſt cōditionalis, tunc ſe-
cundū ordinē intellectus. primo grauauit q⁊ incontinenti: ſecun-
do prouidit ſubſtituendo in conditionis euentū, ideo nō venit in
fideicōmiſſuz, niſi adiuiſſet coacte, vt hic, nec arctādo ordinem ſcri
pture, cum de ordine intellectus appareat, l. cū pater. §. fidei tue.
ſ. de le. ij. Si vero primo prouidit ſubſtituendo, deinde grauauit
ſecundū ordinē intellectus tantum, vel ſecundū ordinē ſcripture
a ⁊ intellect⁹ tūc veniret in fideicōmiſſuz[a], d. l. q fundū. §. q filios. ⁊
* ar. j. e. l. Sceuola. in fi. ⁊ ꝙ ibi dicā. * ¶ † Quero qd ſi iſte nolit adi
3 re hrēditatē pupillarē, de qua reſtituēda nō fuit grauat⁹, an poſſit
cogi? Dico ꝙ ſic in caſib⁹ in quibus neceſſe haberet adire, ſi ſpōte
adiuiſſet prout no. in d. l. quidā elogio, ⁊ dixi in d. l. fi. ſ. de acq. he.

ADDITIONES.

a ¶ In fideicom. Uide Bal. conſi. lxiiij. iij. lib.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Ibi dicam. Quid autem ſi ſubſtitu
tus pupillariter habeat ſubſtitutum compendioſe, vel fideicom-
miſſarie, ⁊ decedat ante pupillum deinde veniat caſus ſubſtitu-
tionis pupillaris, an ſecundus ſubſtitutus primo ſubſtituto ad-
mittatur ad pupillarem: vide Bar. Bal. Imo. ⁊ alios. in l. quan-
diu, vltima. ſ. de acq. her.

1 ☞ Exiſtentia ſui heredis quando obliget filium.
2 Exiſtentia ſui heredis non confirmat legata, nec fideicommiſſa
particularia.

## §. Si pater.

a [a]Exiſtentia ſui heredis operatur cōfirma
tionē fideicōmiſſi, vt per reſtitutionē trā-
ſeant actiones. h. d. Opp. ſ. eo. l. recuſare. §. meminiſſe. Sol. ſi fidei
commiſſarius vult quod ſuus heres cogatur, ſe immiſcere coge-
tur vt in contrario: ſi non curat non eſt neceſſe vt hic. Dices tu,
* ſi non expedit quare cogitur? Dicit glo. * ⁊ bene. propter facilio-
res probationes. Item opp. nonne reſtituendo videtur ſe immiſ-
cere. Gl. ſol. ⁊ bene. ¶ Extra gl. opo. exiſtentia ſui herrdis non o-
bligat filium, l. j. C. ſi vt ſe ab here. abſti. ⁊ l. nam nec emancipatus.
1 de le. j. ⁊ ſ. de acq. her. l. neceſſariis. Solu † Exiſtentia ſui heredis
non obligat filium. Fallit in fideicommiſſario vniuerſali. Ratio,
quia extraneus ad hoc poteſt cogi, etiam ſi repudiauit. Unde cū
per beneficium abſtinendi equiparetur extraneo, d. l. nam nec e-
mancipatus, non grauatur filius, ſed remanet obligatus: ſecun-
2 dum hoc ergo exiſtentia † ſui heredis non confirmaret legata, n
deicommiſſa particularia: quia illi nō poſſunt cogere heredem
ſ. e. l. naz quod. §. non omnis. Tetigi ad Syl. l. j. §. ſi pater. Pro
tur j. vt in poſ. le. l. j. in fi. Fallit fauore libertatis. l. cum quaſi
ſed ⁊ ſi quis. de fideic. lib. dixi plene in l. ſi filius qui patri. de vu
⁊ pu. Op. ſecundum hoc actiones que erant inutiles penes fili
efficientur vtiles fideicommiſſario: contra l. traditio. de acq. re
do. Sol. Illud ideo, quia cauſa propter quam erat inutilis pene
filium, ceſſat in perſona fideicommiſſarij. Simile in l. fi. in prin. C
de iure do. ⁊ l. cum is, qui, j. de fideiuſſo.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Si pater. Et vide Ang. in l. ij. de cond. inſti. ⁊ in l. ſi fi
lius qui patri. ſ. de vulg. ⁊ pupi. ⁊ ibi Jo. de Imo. qui ponit om
nes effectus ſuitatis.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Dicit gl. Pro hoc vide quod dic
Bal. in auth. ſi captiui. col. pe. C. de epiſco. ⁊ cler. ⁊ Pau. de Ca
in l. Caius. ſ. ſol. mat.

## §. A patre.

Propter fideicommiſſum relictum
cundis tabulis, cogitur quis adire
mis, demū mortuo pupillo. Itē cōfirmatis ſecundis tabulis
cogentur adire, ⁊ reſtituere. h. d. Et primum habes in l. ij. §. inter
dū. de vul. ⁊ pu. ſcd̄m in l. apud Julianuz. §. idem Julianus. ſ. eo. Op.
hic dicitur, ꝙ rogatus ſub conditione non poteſt cogi adire. Con
tra in l. apud Jul. §. Antiſtia. ſ. eo. Glo. dicit, fatetur ꝙ hec ratio
non eſt bona. Tu dic ſi aliquis eſt inſtitutus pure, ⁊ rogatus ſub
cōditione, poteſt interim cogi adire ⁊ reſtituere, vt in contrario:
ſed hic eſt inſtitutus ſub cōditione. Fuit em̄ rogatus in ſecundis
tabulis, hoc eſt in ſubſtitutione pupillari, ⁊ omnis ſubſtitutio eſt
cōditionalis inſtitutio, merito interim non pōt cogi adire, l. ſed
ſi alios. ſ. eo. ita dicit Jac. de Are. ⁊ bene. ¶ Quero, hic cogit
adire paternā, ⁊ pupillarē reſtituere: ſed an paternā cogatur reſti
tuere de qua non fuit rogatus. Uidetur ꝙ ſic, l. apud Jul. §. j.
intelligendo, ꝙ ibi ſucceditur ex tacita vulgari, ⁊ ſic ſucceditur pa
tri, ⁊ ideo reſtituitur: ſed ibi loquitur in pupillo inſtituto, cuius
portio repudiata venit in reſtitutionez: q⁊ etiam ſi adiiſſet in reſti
tutionē veniret: hic loquitur in pupillo exheredato, puto ꝙ etiam
illam cogatur reſtituere, arg. ſ. ea. l. §. qui ſuſpectam, vbi pupillarē
cogitur reſtituere de qua non erat rogatus: ita hic paternā, de qua
non eſt rogatus.

1 ☞ Tertius poteſt opponere exceptionem quam conuentus
non poteſt.
2 Fideicommiſſarius ſi agit fideicommiſſaria hereditatis petitio-
ne, ⁊ conuentus non poſſideat, tunc filius ſuperueniens impedit
executionem.
3 Teſtamento irritato ex cauſa preteritionis vel exheredationis,
vbi non irritatur niſi inſtitutio, an heres cogatur adire.
Teſtamento rupto fideicommiſſum vniuerſale conſeruatur per
auth. ex cauſa.

## §. Quoties.

Si filius petit cōtrata. heres inſtitutus
nō poteſt cōpelli adire ⁊ reſtituere. h. d.
Op. j. de le. preſt. l. j. ſol. intellige hoc niſi eſſet fideicommiſſuz relictum alteri de coniūctis perſonis. Op. ſi dubitatur de viribus te
ſtamēti, non impeditur quin heres cogatur, vt ſ. ea. l. j. ⁊ l. ille a quo
§. ſi de teſtamento. ſ. eo. ſol. Heres ipſe inſtitutus non poteſt o
ponere de viribus teſtamenti, nullo alio opponēte: ſed hic co
1 rebat filius qui opponebat. ita ſoluit gl. Ex quo no. † ꝙ tertius
niens opponit exceptionem quam conuentus non poteſt oppone
re Facit l. idemqz generaliter. ſ. man. ⁊ ſo. ma. l. Titia. ⁊ quod
dixi, ⁊ j. rē ra. hab. l. procurator ad exhibendum. §. j. Sed con
hoc opp. cognitio de coactione heredis eſt ſummaria. l. ille a q
§. j. ſ. eo. ſed hec queſtio, ꝙ filius eſt preteritus, hāc cognition
nō impedit, l. ij. C. de edi. di. Adri. tol. Nū. dicas, ꝙ fili⁹ dicebat
die ꝯſtat, hodie agatur, vt no. in l. cōtraria. Facit l. ſi is a quo. in
vt in poſſ. leg. Uel dic ꝙ hic filius iam acceperat bonorum poſ
ſionem contratab. ⁊ ſic erat notorium teſtamentum iam eſſe reſ
ſum. Et hoc innuit tex. hic dum dicit, accepit, in preterito. licet
vltima in fi. huius §. hoc non patiatur, ſed dicit. quod adhuc pen
debat lis ſuper bonorum poſſeſſione cōtrata. Poſſumus ergo di
cere, ꝙ hic non intentabatur officiū iudicis quo heres compelli
adire, ⁊ reſtituere: ſed agebatur actione ex teſtamento vt reſtitu
⁊ hoc innuit tex. ibi, ad reſtituēdū hereditatē. ⁊c. ⁊ in fi. ad reſtitu
tionē quidē, ⁊c. de coactione vero vt adeat, nullā facit mētionem.
Sed tūc op. illud iudiciū quo petitur irritari teſtm̄ per contrata
nō deberet impedire fideicōmiſſariū agētē, ſi eſſet paratus preſta
rē cautionē ſcd̄m formā. l. fi. C. de pe. he. ꝙ quidā fatetur, ⁊ ſic eſt
correctus iſte §. p illā l. fi. Uel dic, ꝙ ibi loquitur qn̄ agitur petitione
hereditatis, quod eſt iudiciū vniuerſale: hic vero agebatur actio
2 ne ex teſtamēto. Puto etiā, † ꝙ ſi ageretur fideicōmiſſaria heredi
tatis petitione, filius ſuperueniens impediret executionem quan
do bona

do bōna nō poſſidebātur per cōuentum.⁊ ita poſſet intelligi hic,
a Et de hoc per Inn.de teſtib.c.veniens[a] ad ſedem.de re iudic.c.cū
ſuper,in ſecunda gl.dixi in l.a Diuo.§.ſi ſuper.ff.de re iud.⁊ de pe
5 titio.he.l.pe.de rei ven.l.is a quo fundus petit⁹ erat.†Querit gl.
quid iuris hodie irritato teſtamēto ex cauſa preteritionis, vel ex-
heredationis,vbi non irritatur niſi inſtitutio,an heres poſſit co-
gi adire.Antequam ad queſtio.reſpondeam.no.gl.que innuit, ꝙ
b rupto teſtamento conſeruatur fideicommiſſum [b] vniuerſale, per
auth.ex cauſa.C.de libe prete.Dicit enim quod ſola inſtitutio vi
tiatur.Hoc videtur tenere Dy.Mart.Syl.tenet cōtrariū per po
ſitionem ſatis debilem,nam fideicommiſſarius vniuerſalis,⁊ he-
res equiparātur.ff.quod cum eo.l.ſi filius, ſed inſtitutio heredis
vitiatur,ergo,⁊c.Iac.de Are.⁊ Old.ſequendo eum tenent cōtra
rium,⁊ adducūt hunc tex.Nam per auth.ex cauſa.vitiata inſtitu
tione cetera firma permanent.Sed fideicōmiſſum vniuerſale con
tinetur appellatione ceterorum,vt hic:ergo, ⁊c. pro hoc videtur
tex.in l.ſi ſeruum.§.j.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.⁊ ibi dixi.Gl.hoc idē
ſentit C.de fideic.l.eam quam.Nunc redeo ad queſt.an heres co-
gatur adire.Mar.ꝙ nō,gl.ꝙ ſic,filio differente agere.Declara.ſi
eſt preteritus filius ſuus,vel emancipatus,nō inſerta cauſa,teſta
mentum eſt ipſo iure nullū,vt dixi in l.filio preterito.de iniuſt.te-
ſtamen.ideo non poteſt cogi adire. Idem ſi eſſent exheredati ex
non legitima cauſa:⁊ licet conſeruetur teſtamentum, ſeu fideicom
miſſum per auth.ex cauſa.non tamen petitur actione ex teſtamen
to,ſed cōdictione ex illa lege,ſecundum Dy.cuius contrarium te
nui in d.l.filio,ſcilicet,quod petatur actione ex teſtamēto,non ta
men cogetur heres adire,quia non debetur ab eo:ſed a venienti-
bus ab inteſtato. Si vero filius eſſet exheredatus , inſerta cauſa
legitima,tunc procederet dictum gl.quod interim donec filius ta
ceret poſſet cōgi adire:ſecus ſi ageretur.

ADDITIO.

a IO. FR. RV. ⁋ C. Veniēs.Adde Pau.de ca.in l.pe.vbi idē tz.
b ⁋ Fideicommiſſum.Adde vt per Pet.de Ancha.conſi. cxliiij.⁊
ccij.⁊ Ang.conſi.clxxxiij.

**§. Marcellus,plane non eſt.** Gl.ponit hic caſum,dic vt in ea.quam vide.

**§. Quiex Trebelliano.** Remedia Trebelliani habent locū
poſt reſtitutionem.ſecus anteqnam reſtituatur hereditas. h. d.
Quero,an hoc ſit verum ſiue conueniatur heres pro legatis, ſiue
pro debitis.Dic vt no.per glo.in l.j.§.fin.ff.eo.⁊ l. Marcellus.in
princ.⁊ ibi dixi.

**§. Trebellianum.** Quādo teſtator rogat de hereditate ſua, vel eius parte,
locū hz Trebellianū:ſecus ſi de hereditate alterius,licet ſi ſponte
non adiret,cogeretur reſtituere.h.d. Quero, an cogatur adire,⁊
reſtituere hereditatem Titianaz? Gl.dicit,ꝙ ſi perceperit tot fru
ctus ex hereditate teſtatoris rogantis,ꝙ equiualeant Titiane,ꝙ
cogitur reſtituere,vt ff.de le.ij.l.cum pater.§. Titio. Dicit etiam
gl.ꝙ ſi teſtator voluit totam hereditatem reſtitui,tota reſtituet,
nulla quarta retēta,p l.ſi debitor.ff.ad l.Fal.Sed certe illud ꝙ in
l.ſi debitor.dicitur verum eſt,quando teſtator tenebatur heredi,
qꝛ tunc debitū compenſatur cum Fal.ſed iſte caſus nō eſt hic:qꝛ
non erat debitum a defuncto.Et ſic hec gl.videtur contra l.pater
filiam.in prin.ff.ad l.Fal.ſecundum Iac.de Are. ⁋ Vltimo gl.aſ-
ſignat ar.contra ff.ad l.Fal.l.quod de bonis.§. cum fideicommiſ
ſum.Dic,quod concordat ſecundum ſecundam caſus poſitionē,
ſcilicet preſuppoſito,quod precedens gl.ſit vera.

**§. Siex Trebelliano.** Fideicommiſſario contra heredem da-
tur actio pro rebus indebite retentis.h.d. ⁋ Quero,quo iure re
tinebat heres hec predia.Dic vt in gl.Quero,an debitum natu
rale heres teneatur per ſe exigere.Dic vt in gl.Quero.id quod de
betur defuncto ab herede,qua actione ab eo repetitur.Gl.ponit
plures opi.quelibet poteſt eſſe vera,

**§. Marcellus,hoc idem.** Inter heredez ⁊ fideicommiſ-
ſarium partis,competit familie erciſcunde iudicium.h.d.Quero,
quod iudicium erit iſtud.Reſp.vtile.vt in gl.

1 ☞ Teſtamentum an hodie irritetur ſi fideicommiſſum vniuer-
ſale relinquatur filio preterito.

a **§. Qui rogatus.** [a] Heres cogitur adire,licet fidei
commiſſario poſſit alio remedio
eſſe conſultum,h.d. ⁋ Vide , quod filius dicitur preteritus licet
relicta ſit ſibi hereditas per fideicommiſſum,⁊ poteſt petere con-
tra tabulas.Et ſic videtur caſus contra gl.que eſt C.de inof.teſt.
l.ſcimus.§.cum autem.que dicit,ꝙ etiaz hodie ſi filio preterito re
linquatur fideicommiſſum vniuerſale non irritatur teſtamentū,
1 †Satis enim eſt iure inſtitutionis,cum fideicommiſſarius vniuer
ſalis habeatur vt heres:quod dictum videtur contra hanc l.vt di
xi in §.quoties.ff.ea.l.

**§. Si patronus.** Patronus poteſt cogi adire ⁊
reſtituere ante penitētiā. h. d.
Op.hic innuit ꝙ patronus inſtitutus poteſt grauari in debita
portione,Contra ff.de le.ij.l.cum patronus.Sol. Hic erat fideicō
miſſum relictum coniunctis perſonis que olim poterant grauari,
l.iiij.ff.de cond.⁊ dem.licet hodie corrigatur vt ibi no.Opp.quod
non poſſit penitere,vt ff.eo.l.nam quod.§.qui cōpulſus.Sol.Hic
loquitur ante coactionem,ſed poſt non poteſt penitere,vt in con
trario.Opp.C.de rep.he.l.ſicut.Sol.Hic dicit ſuſpectam,non ta
men repudiauit.

**§. Si perceptis.** Per coactionē perdit quis prelegata,niſi eſſent ſibi relicta ſub
conditione ſi heres nō erit,h.d.Op.ea q̄ quis habiturus eſſet ſi
heres nō eſſet nō perdit per coactionē,vt ff.ea.l.§.qui ſuſpectā.ſz
p̄legata haberet etiā ſi repudiaret,l.qui filiabus.in fi.ff.de le.j.er
go ⁊c.So.Intelligas hic de prelegatis que perderet repudiando
vt hic no.⁊ in d.l.qui filiabus.in fi.⁊ l.filio.cum l.ſeq.ff.de leg.j.

**§. Heres ex aſſe** Heres grauatus vltra vires he-
reditarias,illud ꝙ deeſt ſupplet
ex fructibus iudicio teſtatoris perceptis,⁊ ex eo quod vltra quar
tam eſt,⁊ reſiduum ſibi retinet,ꝙ fructus nō ſufficiunt omnibus
pro rata fit diminutio,h.d.Primo ponit thema.Secundo qua-
tuor queſtiones ex themate.Tertio reſponſiones. Scda ibi,que
ro.Tertia ibi,reſpōdi.⁊ gl.hic ponit caſum optime, ⁊ omnibus
tribus queſtionibus perfecte reſpondet,ſed illi inquantū agatur
contra legatarios non eſt reſponſum. ⁋ Quero ergo inquantum
agatur.Reſpondet ſcda gl.magna in principio.⁊ bene.Dic vt in
ea. ⁋ Opp.⁊ videtur,ꝙ computatio gl.non ſit bona,qꝛ ſecundū
hoc,ea que percipiuntur ex fructibus,non proſunt legatariis: ꝙ
videt̄ cōtra l.qui quadringenta.§.fi.ff.ad le.Fal.propter ꝙ Iac.de
Are.dicit,ꝙ nō eſt bona iſta computatio.Tu dic,ꝙ gl.optime cō
putat.Nam debes ſcire,ꝙ quando legata relinquuntur vltra vi-
res hereditarias,fit duplex detractio,vna quādo minus eſt in pa
trimonio quam ſit legatum,alia fit per l.Fal.vt l.in quantitate.§.
fi.⁊ l.ſi poſt miſſionem.ff.ad l.fal.nunc fructus percepti medio tē
pore faciunt videri minus relictum per fideicommiſſum,⁊ ſic pro
deſt legatario vt nō fiat illa detractio, quaſi fuerit relictum vltra
vires patrimonij.Op.⁊ videtur ꝙ iſta cōputatio non debet fieri
hoc modo,ſed illud videatur eſſe in fideicōmiſſo quod ſupererat,
deductis legatis,vt l.qui quadringenta,ff.eo.Sol. Dic,ꝙ fuerūt
legata nominatim ab herede relicta,⁊ ideo fit computatio ſecun-
dum quod hic dicitur,⁊ in l.Marcellus in prin.ff.eo.Op.hic di-
citur,ꝙ petitur a legatariis, vt detur fideicommiſſario,contra fi-
deicōmiſſarius a legatariis non defalcat,vt ff.eo.l.j.§.deniqz.⁊ l.
lex falcidia.§.nunquam.ff.ad legē fal.Sol. Hic legata non erant
relicta a fideicōmiſſario,ſed ab herede. Oppo.dicitur hic,ꝙ fru-
ctus ſibi computat in quartam,⁊ reſtituit quod eſt vltra. Cōtra
ff.eo.l.in fideicommiſſariam.Sol.Dicit glo. iſtud ideo qꝛ minuit
heres fideicommiſſum.Dices tu,in quo diminuit? Reſp.ſoluen-
do relicta,⁊ ideo ſupplet ex fructibus.Ratio,qꝛ quando teſtator
grauat aliquez vltra vires hereditarias,vult ꝙ ſuppleatur ex fru
ctibus,l.filiusfamilias.§.apud Marcellū.ff.de le.j.⁊ ff.ea.l.§.Tre
bellianum.ver.ꝙ ſi Meuius.Opp.extra gl.dicit hic,quod quar
tā ſibi retinet de rebus,⁊ dimidiam ſupplet ex fructibus. Cōtra,
quia quartam debet ſibi ex fructibus retinere ⁊ dimidiam in re-
bus reſtituere,l.mulier.§.ſi heres.⁊ §.ſeq.⁊ in l.fideicōmiſſariam.
ff.e.Ja.de Are.⁊ Old.ſequendo eum dicit, ꝙ eſt in poteſtate here
dis ꝙ ſuppleat dimidietatez de fructibus, vel retineat quartam
de fructibus.Et hoc probant per hanc legē.Sed hoc videtur cō
tra l.quod de bonis.§.fructus ff.ad l.fal.⁊ l.Paulus.ij.reſp.eo.ti.
Et hoc innuit d.l.in fideicommiſſariam,nec iſte tex.facit in cōtra
rium. Nam in q.bene ponebatur, ꝙ heres volebat ſibi retinere
quartam in rebus,⁊ dimidiā ſupplere ex fructibus:ſed hoc in re
ſponſione non ponitur.Dicit enim totum reſtituēdum, nec decla
rat an in fructibus,an in ipſis rebus:ſed putarem hoc dirimēdū
arbitrio iudicis,vt ff.de le.j.l.non amplius.§.fi.cuz l.ſeq.pro quo
facit,ꝙ inter fideicōmiſſarium,⁊ heredem competit iudicium fa-
milie erciſc.vt ff.e.l.Marcellus. vñ ex officio iudicis diuidētis,vi-
debitur in quo debet dari dimidia.⁊ in quo quarta retineri.Op.
hic legata fuerunt relicta pure,fideicōmiſſum ſub conditione ta
men contribuuntur quo ad detractionem Falcidie,contra qꝛ to-
ta quarta debet detrahi ex fideicommiſſo,l.penul.§.j.ff. ad legem
Falcid.Sol.quandoque totum fideicommiſſum eſt conditionale,
⁊ legata pura,⁊ tunc loquitur l. cōtraria. Quandoqz fideicom-
miſſum eſt purū,⁊ legata pura,vel vtrūqz cōditionale,⁊ tūc fit cō
tributio omnium,l.quadringēta,⁊ l.Marcellus.ff.eo.Quando-
que fideicommiſſum eſt pro parte purum:pro parte conditiona-

le ⁊ legata pura, ⁊ tunc ſimiliter fit contributio, vt hac l. dixi in l. Marcellus. ſ. eodem.

**§. Qui ſeruos.** Hic eſt duplex litera ſecundum primam deficit, ſuos, in tex. ſcđm iſtaꝫ gl. ponit caſum, vide eam, ⁊ breuiter, h. d. Si ſeruo relinquitur libertas ⁊ hereditas pretium ſeruorum detrahitur, h. d. Hec lec. nõ eſt bona, quia quando ſeruo relinquitur libertas, ⁊ aliud pecuniarium relictũ, tunc de relicto pecuniario detrahitur Falcidia etiã de pretio ſeruorum, l. plane. ſ. ad le. Fal. eſt ergo alia litera in qua eſt, ſuos, ⁊ ſecundũ iſtam ponitur caſus in gl. ſecundo modo, vide eam. Hec lec. reprobatur per Dy. quia quando quis rogatur manumittere ſeruum, non poteſt cogi adire per eũ. l. cogi. §. ſi ſeruo. ſ. eo. ⁊ no. j. ea. gl. dic ergo, retenta hac ſcđa poſitione, ꝙ quis fuit rogatus manumittere ſeruos ſuos, ⁊ eis reſtituere hereditatem, deducto pretio ſeruorũ. vnde hoc fuit expreſſum: ⁊ pone ꝙ heres adiuit ſponte, vel aliter propter pretium ſeruorũ, ſi hereditas nõ eſſet ſoluendo, quis pateretur damnum: ſed quando hereditas eſt ſoluendo tunc damnum pati non debet. vt hic. ¶ Querit gl. vtrũ heres inſtitutus, rogatus de reſtituendo ſeruo, poſſit cogi adire? Gl. diſtinguit: quod examinabo latius j. eo. l. non eſt cogendus. ⁊ l. ſi res aliena, in fine.

LEX XXVIII.

1 ☞ Fideicommiſſarius de legatis particularibus ab herede relictis an detrahat falcidiam.
2 Actio de fideicommiſſario in fideicõmiſſariũ an trãſeat ipſo iure.
3 Fideicommiſſarius primus ſi reſtituit ſecundo fideicommiſſario, an ius fideicommiſſarie hereditatis remanet apud primum.
Ceſſionarius primus ſi cedit ſecundo, apud primũ nihil remanet.
Emphyteuta ſi facit aliũ emphyteutam apud eũ nihil remanet.
4 Solui poteſt illi qui ceſſit actionem, quando apud eum aliquid remanet: ſecus ſi nihil.
5 Bonorum poſſeſſor de iure pretorio ſi reſtituit hereditatem ex Trebelliano, an apud eum remaneat quid hereditarium.
6 Iura vtilia quando directa non ſunt penes aliquem, efficiũtur.

**Taſſe.** Si vnus ex fideicommiſſarijs heredẽ cogit adire ⁊ reſtituere totũ, fructus iudicio teſtatoris perceptos, ſuo fideicommiſſario nõ reſtituit: ſecus in eo ꝙ iure accreſcendi lucratur. Itẽ ab eo quartam nõ detrahit, h. d. ¶ Quero, que eſt ratio diuerſitatis inter primum caſum ⁊ ſecundum? Reſp. Primus loquitur in fructibus, qui iudicio teſtatoris percipiunt, ⁊ iudicio teſtatoris lucratur heres, ⁊ ſic erit lucrũ perſone. Secundus caſus loquitur in iure accreſcendi, ꝙ magis accreſcit rei quam perſone, vt de acq. her. l. ſi totam. ⁊ de vſuf. l. ſi Titio. Tertius caſus loquitur in Falcidia, que contra voluntatẽ defuncti detrahitur, ideo fideicõmiſſarius a fideicõmiſſario non deducit, cum voluntas teſtatoris nõ fuerit, ⁊ poteſtas iuris non habet locum, niſi in herede. ¶ Venio
1 ad gl. op. ſ. eo. l. j. §. inde Neratius. Sol. vt in gl. ⁊ bene. † ¶ Quero vtrũ de legatis particularibus relictis ab herede, fideicommiſſarius detrahat Falcidiam? dic vt in gl. ⁊ dixi in §. inde Neratius.
2 † Quero vtrum a fideicõmiſſario in fideicommiſſarium tranſeat
3 actio ipſo iure † dic vt in glo. † Quero, fideicommiſſarius primus fideicommiſſario ſcđo reſtituit: an apud fideicommiſſariuꝫ primũ remaneat ius fideicommiſſarie hereditatis? Gl. quod non. Hug. contra, inter alia que gl. dicit, eſt quod eum qui heres eſt de iure ciuili, Senatuſconſultum non poteſt facere deſinere eſſe heredem qđ non eſt verum, quia ſenatuſconſultuꝫ eſt de iure ciuili, ideo poteſt facere eum deſinere eſſe heredẽ qui eſt de iure ciuili: ſed in hoc tractatu ideo non fecit, quia noluit. voluit enim quod ſolum vtiles trãſferentur. opi. tamen glo. vera eſt, vt l. j. §. de illo. ſ. eo. ⁊ C. eo. l. pe. Pro hoc facit illud quod dicitur, ꝙ ſi primus ceſſionarius ceſſit ſecundo apud eum nihil remanet, l. emptor. C. de her. vel act. ven. ⁊ per Gul. in Spe. tit. de ce. ac. Et in ſimili dicit gl. ꝙ ſi primꝰ emphyteuta facit alium emphyteutam, ꝙ apud eum nihil remanet, vt l. fi. C. de iure emphy. Facit quod no. in l. j. in gl. fi. C. vti poſ.
4 ⁊ hoc eſt vtile ſcire. † Nam id quod dicitur in l. iij. C. de noua. ſ. qđ illi cui ceſſit actionem, poteſt ſolui: eſt verum quãdo apud eũ qui ceſſit remanent directe, ſed quando apud eum qui ceſſit nihil remanet, quod eſt quando ſolũ vtiles habebat, tunc ei non poterit
5 ſolui, qꝛ nihil apud eum remanet. ¶ Quero † bonorum poſſeſſor de iure pretorio hereditatẽ reſtituit ex Trebelliano. an apud eũ remanet ius hereditarium? Gl. ꝙ ſic. Pro huius declaratione debes ſcire, ꝙ in hereditate eſt vnum ius vniuerſale hereditariuꝫ, ⁊ hoc eſt apud bonorũ poſſeſſorem vtile. Sunt etiam iura particularia, vt actiones hereditarie, que competũt aduerſus debitores hereditarios, ⁊ iſta cõpetunt bonorum poſſeſſori directo, vt no. in l. ij. ſ. de bonorũ poſ. her. pe. Cũ ergo directe ſint penes bonorũ poſſeſſorem, reſtituendo vtiles transfert, ⁊ apud eum remanent directe, ⁊ in hoc bene diceret gl. ¶ Sed gl. querit de ipſo iure hereditario vniuerſali. Querit enim an remaneat heres, tunc eſt dubium, qꝛ ſi heres eſt, tũc eſt heres vtiliter, ⁊ fideicommiſſarius eſt heres vtiliter, ergo duo ſunt heredes inſolidũ, eodẽ modo. Poſſumus dicere ꝙ non eodẽ modo, ſed vnus eſt heres vtiliter de iure pretorio, alius vtiliter ex ſenatuſconſulto. Vel aliter dico, ꝙ bonorũ poſſeſſor quãdoqꝫ habet ius hereditarium directũ qñqꝫ vtile, tñ. Exemplũ, quãdo aliquis eſt heres de iure ciuili, vt filius, vel aliꝰ, ⁊ pretor illum iam exiſtentem heredem excludit vt per cõtra tab. vel per beneficium reſtitutionis in integrum, vel alio pretoris remedio. tunc quia primus remanet heres, iſte bonorum poſſeſſor erit tantum vtiliter. Sed quando pretor vocat aliquem ad ſucceſſionem, nec eſt aliquis heres de iure ciuili, vt quos vocat per vnde cognati, vel vnde legitimi, vel per bonorum poſſeſſionem ſcđm tab. ⁊ ſimilia, puto, ꝙ habet ius hereditarium directum. Probo. Naturalis poſſeſſio quando ciuilis nõ eſt apud aliquem, ſtatim efficitur ciuilis, l. clam poſſidere. §. fi. ⁊ l. ſeq. de acq. poſſ. Iſta iura
6 † vtilia, quando directa non ſunt penes aliquem, efficiuntur directa, l. puberem. C. de iure deliberan. pro hoc facit l. illud in princ. cum ſua gl. de bono. poſſ. contra tab. Preterea iura dicunt quod bon. poſſ. habet iura ac ſi eſſet heres: ſed heres haberet illa directa: ergo ⁊c. Inſtit. de bo. poſſ. §. quos autem. ⁊ ſ. de bono. poſſeſ. her. pe. l. ij. ⁊ j. de bon. poſ. l. ij.

LEX XXIX.

1 ☞ Confirmatum ſi non poteſt confirmari, agitur ex confirmante non ex confirmato.
2 Sententia iudicis appellationum ſi confirmat primam ſententiã agitur ex ipſa ſententia confirmante.
3 Confirmatio generalis non trahitur ad illud quod eſt ſpecialiter caſſatum.

a
1 **Si quis priore.** [a] Si † confirmatum non poteſt confirmari, agitur ex confirmante, non ex confirmato. hoc dicit. Opp. C. de here. inſtitut. l. quoties. Solu. ibi erant alij vniuerſaliter inſtituti. Et hoc oppo. in authent. vt cum de appella. cog. §. aliud. vbi etiam quando eſt aliquis inſtitutus vniuerſaliter, heres inſtitutus ex re certa habetur loco heredis. Dicit glo. not. illud verum quantum ad excludendam querelaꝫ. Doc. aliter intelligunt in d. l. quoties. C. de here. inſtitu. ¶ Quero, qua actione petantur relicta in primo teſtamento, Gloſ. dicit, ex teſtamento ſecundo, non ex primo, qꝛ nemo põt decedere duobus conditis teſtamẽtis: vides ergo, qꝛ primum teſtamẽtum non põt confirmari vt teſtamẽtũ. ideo
2 non agitur ex confirmato, ſꝫ ex cõfirmante. † Simile dicas in ſentẽtia confirmata per iudicẽ appellationum: non enim ſuper eodẽ poſſunt eſſe due ſentẽtie valide, vt C. quando prouo. non eſt neceſ. l. j. ideo agitur ex confirmante non ex confirmato, de hoc dixi in l. legitima. ſ. de pac. intellige prout no. in l. fi. j. de re iud. ¶ Querit glo. dicitur in fi. ſi non aliquid ſpecialiter, ⁊c. quid vult dicere. dic
3 vt in glo. ex qua † not. ꝙ confirmatio generalis non porrigitur ad illud qđ eſt ſpecialiter caſſatum. Poſſes etiam exponere hunc tex. vt dicas, ſi non aliquid ſpecialiter, ⁊c. hoc eſt. niſi teſtator dixerit ꝙ inſtituit eum ex re certa, ita ꝙ plus petere non poſſet, tunc enim teſtamentum non valeret, vt dixi plene in l. quoties. §. ſi duo. de here. inſtit. dic vt ibi.

ADDITIO.

a ¶ Si quis priore. Pro concordia, aduerte ꝙ Alexã. in l. quoties col. fi. C. de here. inſti. alleg. Barto. tenẽtem in l. quoties. §. ſi [illegible] ff. de here. inſtit. ꝙ ius accreſcendi poſſit per teſtatorẽ prohiberi. Contrariũ tamẽ allegat tenere in conſi. inci. Matheolus G[illegible] li. Voluit tamen allegare Alexã. conſi. Barto. ꝙ incipit Per[illegible] Maioli. ⁊ in hac l. ſi quis priore. in fi. per hunc tex. vbi doc. [illegible] vtraqꝫ opi. alleg. Alexã. hic concor. Tu dic ſi bene conſideres [illegible] Bar. vbi tenet inſtitutum in re certa habere ius accreſcẽdi [illegible] ligi debet, vbi non prohibetur expreſſe. ⁊ ita loquitur in d. l. [illegible] in d. l. quoties. ⁊ in l. ex facto la ij. ff. de here. inſtitu. ⁊ in d. conſi. Sꝫ ibi adhuc non loquitur in proprijs terminis, qꝛ queritur [illegible] vigore illorum verborum, dominam vſufructuariam a marito [illegible] torum in teſtamẽto inſtitutis vniuerſaliter pauperibus Chriſti ⁊c. Sed ſi expreſſe vetuerit, nullibi dicit Barto. ꝙ non poſſit. ⁊ ita loquitur d. §. ſi duo. ⁊ in d. l. ſi quis. ⁊ melius ꝙ alibi voluit iſtam ſuam concordiam in ſuo conſi. clxxj. inci. Titius fecit teſtamẽtum. de quo non fuit memor Alex. in d. l. quoties. C. de her. inſtitu. ⁊ in alio, nu. clxxvij. incip. Matheolus Gratioli ꝙ forte voluit allegare. Alex. vbi ſ. Si tamen inconſiderate fuerit poſita concordantia ad preall. conſi. Bar. celeritati adſcribas.

LEX XXX.

1 ☞ Adire ⁊ reſtituere quo iure quis cogatur.

**Si legatus.** Etiam tẽpore legationis cogitur quis adire hereditatẽ, ⁊ reſtitue-
1 re, h. d. Quero, † quo iure quis cogitur adire, ⁊ reſtituere: Di

re: Dicit gl. quod officio iudicis, vide eam ⁊ no. in eo quod dicit, quod cogitur adire officio iudicis, non eſt dubium. Simile not. in l. non eſt cogendus. in fi. ĩ. eo. ⁊ in l. ij. de fideic. her. pet. ſed illud quod gl. ſubaudit, quod reſtituere cogatur officio iudicis, habet dubium, nam alibi dicit gl. quod reſtitutio fit actione ex teſtamẽto, l. reſtituta. §. j. ĩ. eo. ⁊ l. ⁊ ſine ſcriptura. C. eo. ⁊ per Dy. tãgitur in l. quia poterat. s̃. eo. Tu diſtingue, quandoq; quis adit ſponte, tunc actione ex teſtamento cogitur reſtituere directa, vel vtili, ita loquuntur dicte gl. Quandoq; quis dicit hereditatem ſuſpectam, ⁊ tunc totum iudicis officio expeditur, ſcilicet vt cogatur adire ⁊ reſtituere vt dicit tex. in l. q: poterat. s̃. eo. expreſſius Inſt. eod. §. ſed quia. hoc etiam tenet Cy. in d. l. ⁊ ſine ſcriptura. C. eod.

§. **Si quis bona.** Fideicõmiſſum vniuerſale eſt, ſi aliquis rogetur reſtituere, bona vniuerſaliter, vel indefinite. h. d. Op. quod relictum bonorũ non ſit vniuerſale. s̃. de leg. j. l. non amplius. §. fi. cum l. ſeq. ſol. vt plene dixi in l. ſi quis ſeruum. §. fi. s̃. de leg. ij. Opp. quod meorum, appellatione non continentur, niſi ea quorum quis habet dominium. l. quintus. §. ij. ĩ. de aur. ⁊ arg. leg. Sol. vt ibi plene dixi.

§. **Si filio.** Non valet reſtitutio facta, niſi conſentiente vel ratum habente eo in cuius poteſtate eſt fideicommiſſarius. hoc dicit.

§. **Multum.** Hunc §. ⁊ ſequentem proſequere, vt habes in gloſſ.

LEX XXX. I

**SI cui pure.** Seruus qui per aditionem habilitatur ad recipiẽdam hereditatem, poteſt cogere heredem adire: ſecus ſi per aditionem non habilitaretur. hoc dicit cum ſequenti §. Ex predictis apparet ratio eorum que hic dicuntur.

§. **Si ſub conditione.** Heres cogitur parere conditioni poteſtatiue ſine eius damno, ⁊ adire: ſecus ſi conditio eſſet caſualis. hoc dicit, ⁊ diſtingue vt dixi in l. recuſare. §. fi. cum l. ſequẽti. s̃. eo.

LEX XXXII.

1 Geminatio verborum denotat mentem teſtatoris.
2 Rei appellatio eſt magis generalis quam pecunie.
3 Patrimonium quando eſt diminutum, quando ſuppleatur ex fructibus.

**BAliſta.** Si fideicommiſſum relinquitur ſub nomine geminato, ⁊ ſub nomine appellatiuo. pecunie, in reſtitutionem veniũt fructus iudicio teſtatoris percepti: ſecus ſi ſub nomine ſimplici: debet tamen in fideicommiſſum ex eis ſuppleri, ſi fuerit diminutũ. h. d. cũ l. ſeq. ⁊ eſt ſolennis lex, nec alibi reperitur. Op. de l. ſeq. Utra ſol. eſt, ꝙ hic teſtator grauauit per nomina geminata quãtacunq; in l. ſequ. ſcri
1 bit † per verbum, quanta vnde propter geminationem * verborũ
* preſumitur mens teſtatoris, ꝙ voluit omnia reſtitui. Op. j. eod. l. heredes mei. ⁊ s̃. de leg. iij. l. his verbis. Solu. hic vſus eſt nomine pecunie, cum geminato nomine, quantacunq;, ibi vero dixit qđ quicquid ad te peruenerit. Sed dices tu, nonne, quicquid eſt dictio geminata, ſicut dictio, quantacunq;? Reſpon. ibi quicquid fuit prolatum ſimpliciter, ideo reſoluitur, quicquid, ideſt, illud ꝙ ideo non eſt dictio geminata: hic vero fuit dictio, quantacunque pecunia. Si vero naturaliter dixiſſet, quantumcunq; ad te peruenit, fructus non venirent, quia reſolueretur in illud, quantum ꝙ ad te peruenit. ⁊ hoc notat Iuriſconſultus hic dum dicit, Reſp. ex his verbis que proponis ideſt pecunia. Non enĩ hoc faceret dictio geminata ſine hac dictione, pecunia: nec dictio pecunia, ſine
2 dictione quãtacunq;. Quero, † quid ſi dixit, quantecunq; res. Reſpond. idem, nam rei appellatio magis generalis eſt quã pecunie, l. rei appellatio. de verb. ſignifica. ⁊ l. j. in fin. ſi cert. pet. Querit gl. quid de vſuris? Et dicit idẽ ꝙ in fructib⁹. Tu dic vt dicam in l. poſtulante. §. j. ĩ. eo. Op. ad l. ſcribit Celſus. ĩ. proxi. Solue, vt ibi. Op. ĩ. eo. l. deducta. §. qui poſt vbi fructus percepti non ſupplent id quod eſt diminutum. Sol. ibi loquitur in diminutione que contingit propter vſuras: ideo ſupplet, ꝙ fructus cum diſtinctione lucratur, vt ibi: ſicut vſuras, cum diſtinctione lucratur, vt ibi patet. Op. s̃. eo. l. in fideicommiſſariam. ⁊ l. mulier.
3 §. ſi heres. vbi fructus † vltra quartam lucratur. Sol. illud verum quando patrimonium non eſt diminutum ſi vero eſt diminutũ, tunc ex fructibus ſuppletur vt hic, quod tene menti, quia ſingulare eſt. facit l. poſtulante. in fi. ĩ. eo. fallit in liberis primi gradus, l. iubemus. C. eo. Habes ergo ꝙ fructus perceptos iudicio teſtatoris heres lucratur: ſi tamen diminuit hereditatẽ detractione quarte, illud ſuppletur ex fructibus, l. in fideicommiſſariam. s̃. eo. Fallit in liberis primi gradus l. iubemus. C. eo. Item ſi diminuitur fideicommiſſum propter dotem. ſuppletur ex fructibus. etiã in liberis primi gradus, l. mulier. §. cum proponeretur. s̃. eod. Itẽ ſi hereditas minuitur propter legata, ſuppletur ex fructibus l. ita tamen. §. heres ex aſſe. s̃. eo. quod dic vt ibi. Item ſi hereditas minuitur ex caſibus fortuitis, ex fructibus ſuppletur, vt hic. fallit in liberis primi gradus, vt hic, que omnia diligenter nota.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS. Propter geminationem. Adde de geminatione quod dicit Alex. in l. centurio. s̃. de vulg. ⁊ pupill. ⁊ in l. ſi inſulam. ĩ. de verb. oblig. Bart. in l. que dotis. s̃. ſolut. matri. ⁊ Bald. in c. qualiter. de elect.

LEX XXXIIII.

1 Actor ſi non probat id quod eſt cauſa ſue intentionis, ſuccumbit.

1 **EUm qui.** † Succumbit actor ſi nõ probat id quod eſt cauſa ſue intentionis. hoc dicit. Op. ĩ. de bono. poſſeſ. ſecundum tab. l. qui ex liberis. in princip. ⁊ s̃. ad l. Falcid. l. pater filiam. §. fin. ⁊ l. qui duos. in princip. de reb. dub. gl. dat plures ſolutiões. Dic, ꝙ ibi loquitur in ſubſtitutiõe directa: hic vero in fideicommiſſaria. Ratio, q: in directa hereditate vbi quis debet inuenire hereditatem primi, ideo videtur vterq; ſubſtitutus, quod non eſt in fideicommiſſaria, vt per gl. declaratur in d. l. qui duos. Sol. gl. aliter, ꝙ hoc eſt fauore matris que eſt in medio. ⁊ hanc tenet Dy. in d. l. qui duos. Et ex hoc ſequeretur, ꝙ ſi mater non eſſet in medio ambobus videretur ſubſtitutus, quod videtur colligi ex ſignificatione verborum: quia dixit, ei qui nouiſſimus deceſſerit: ſed quilibet deceſſit nouiſſimus poſtquam alius poſt eum non decedit, l. ex duobus. s̃. de vul. ⁊ pupil. Sed certe licet quilibet decedat nouiſſimus, non videtur ſubſtitutus vtrique, q: iſta dictio quilibet, quãdo ponitur diſtributiue, requirit vnum tantum, ⁊ ſi plures ſimul concurrunt, diſpoſitio vitiatur, l. ſi fuerit. s̃. de reb. dub. Unde precedens ſol. verior videtur, tamen ſemper in hoc dubitaui.

LEX XXXV.

corpore deſcendentibus: Reſpondeo ꝙ iſtud fideicommiſſum eſt
d nullum.[d] Sicut enim fideicommiſſum relictum a muliere, ſi non
nupſerit,eſt nullum,quia per hoc videtur ei indicere viduitatem
quod non nubat: ⁊ ſi nubat , imponit penam fideicommiſſi, ideo
non valet,l.quoties.ſ.de cõdi.⁊ demon. Ita hic videtur filium in
ſacris ordinibus conſtitutum inuitare vt fornicetur: ⁊ ſi non fa-
cit , grauat eum fideicommiſſo , merito fideicommiſſum eſt nul-
lum.Non ob.hec lex,quia hic loquitur in filia furioſa,in qua pec
catum non cadebat,cum non haberet intellectum.

ADDITIONES.

a ALEX.ℂTitius.An caſus huius §.verificetur in filijs adopti
uis,cogitabis per l.fideicommiſſum.ſ.de condi.⁊ demon.⁊ no.gl.
⁊ Bar.in l.ſi quis poſthumos.in prin.de libe.⁊ poſthu.
b ALEX. ℂUoluntati teſtatoris.Bene facit text.in l.hac parte.
⁊ in l.ſi ſpurius.ĩ.vnde cog.⁊ quod no. Bal.in l.generaliter.C.de
inſti.⁊ ſubſt.⁊ quod legitur,⁊ no.in l.ſi qua illuſtris.C. ad Orfic.
⁊ vide Imol.in d.§.ſi quis rogatus.
c ALEX.ℂScilicet de eccleſia.Eccleſia dicitur filius legitimus.
Adde quod no.in aut. niſi rogati.C.ad Treb. ⁊ quod no. Bart.
in aut.ſi qua mulier.C.de ſac.ſan.ecc.⁊ qualiter monaſterium ha-
beatur loco filij,licet cõmuniter dicatur ꝙ ſic, limita vt per Bal.
in c.j.de eo qui arm.bel.depoſuit.⁊ contra Bart.hic tenet.Ang.
in l.ſi quis poſthumos.de lib.⁊ poſth.in prin.vide ibi per Imo.⁊
Bal.in l.generaliter.§.j.C.de inſti.⁊ ſubſti.⁊ vide quod no. Bal.
in c.j.§.naturales.ſi de feu.fuer.contro.
d ALEX.ℂEſt nullum. Adde no.per Bartol.in l.liberorum.de
verb.ſigni.per Bal.in l.Deo nobis.in prin.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ not.
doc.in d.authen.niſi rogati.⁊ hic.Adde Abba.in c.preſentia.de
proba.vbi tranſit cum Bartol.

LEX LXXVIII.

**Lucius.** Poſſunt aliqui grauari de bonis adin
uicem communicandis.h.d. ℂQuero,
a pro qua parte[a] erunt communia: Reſponde equaliter.l.
fi.§.Lucius.ſ.de leg.ij. Nec obſtat.ĩ.ea.l.§.filiam, vt ibi videbi-
tis.Facit ad queſt.teſtator rogauit filios ſuos vt diuiderẽt equa
liter:quid importẽt hec verba: dixi in l.cum pater.§. dulciſſimis.
ſ.de lega.ij.

ADDITIO.

a POMA.ℂPro qua parte.Uide Bar.conſi.clxviij.

**§.Meuia.** Nudi executores teſtamẽtorum , de his que
nõ ſunt ad pias cauſas,cõtra heredes actio
a nẽ nõ habent.h.d. ℂOp.C.[a] de epiſ.⁊ cle.l.nulli.⁊ l.ſi quis.⁊ l.a-
lio.ſ.de ali.leg.Sol.ibi ſpeciale eſt in relictis ad pias cauſas.dixi
plene in l.ſi quis Titio.ſ.de lega.ij. ℂOppo. de an.leg.l.Quin-
tus.in fin.Reſponſio,licet iſti meri executores non habeant actio
nem,vt hic:poſſunt tamen officium iudicis implorare,vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ℂOppo.C.Hic eſt tex.ꝙ in teſtamento poteſt deri[...]
rator hereditati,⁊ eum ad hoc alle.Bal.in l.j.C.de ſen.
1 ☞Controuerſiam non moueri qualiter intelligatur.
2 Queſtionem non facere , ⁊ non facere controuerſiam , an ſit id[...]
3 Legatum factum monacho cum hoc,quod ſi Abbas eum mo[...]
ſtet,deueniat in talem,an Abbate moleſtante,ſit locus fideicom[...]
miſſo.

**§.Tres heredes.** Portio in qua eſt inſtitutus
ſeruus,per fideicõmiſſum ma-
numiſſus,ei debetur iure directo,non per fideicommiſſum. Item
quod iure fideicommiſſi percipitur, venit in fideicommiſſum per
generalia verba relictum.h.d.Op.ſ.eo.l.cogi.§.ſi ſeruo. Sol. hic
addit ſponte.alias cogi non potuiſſet,vt in contrario.ℂQuero,
1 †dicitur hic,ſi mouerit controuerſiam,quomodo intelligatur,cõ
a trouerſia moueri: Gl.dicit[a] de iure vel de facto,in iudicio.vel ex-
tra:quod not.Facit ſ.de pet.her.l.diuus pius.in prin.⁊ C.de trã
ſac.l.ſi quis maior. In contrarium ĩ.rem ratam hab.l. amplius
non peti.⁊ ibi dixi plene.ℂQuero,quid ſi aliquis relinquit mo-
nacho,vt Abbas ei non faciat queſtionem:ſed ſi faciat, deueniat
in talem: Dicit gl.quod eo ipſo ꝙ Abbas moleſtat, eſt locus fi-
2 deicommiſſo.Innuit gl.†ꝙ idem ſit dicere , nõ facere queſtionem
⁊ non facere controuerſiam,quod no. Facit quod no.in l.qui fi
dem.ſ.de tranſac. In cõtrarium facit C.finium regund.l.iij.⁊ iiij.
⁊ quod ibi not.ſcilicet,ꝙ verbum queſtio, requirit litis conteſta-
3 tionem.Dic vt dixi in d.l.amplius.rem ra.hab. Itẽ dicit gl.†q[...]
Abbate moleſtante,locus eſt fideicommiſſo, licet quidam cõ[...]
Certe qui dicunt contrarium videntur dicere melius. Nam
conditio vt Abbas non faciat queſtionem, videtur turpis.[...]
b enim contra regulam[b] monachorum,que vult ꝙ monachus ni[...]
habeat,vt extra de ſtatu monach.cum ad monaſterium.ideo no[...]
valet tale grauamen appoſitum Abbati.Sed ſi eſſet tale relictũ
quod valeret in monacho,vt ſi relinqueretur pro alimentis , que
poſſunt relinqui etiam ſeruo,vt ſ.de leg.j.l.ſeruo alieno.§.j.⁊ de
his que pro non ſcriptis.l.iij.⁊ l.legatũ.de capi.di tunc forte pro-
cederet dictum gl.Contra predicta videtur facere, quod dixi in l.
ſi alienum,in princ.de here.inſti.ſed non obſt. ſi bene inſpiciatur.

ADDITIONES.

a ALEX.ℂGlo.dicit.Quando dicatur controuerſia mota, ad-
de Bald.in l.ij.C.de tranſac.⁊ in l.cauſas.eo.tit.adde Card.conſ.
xxv.⁊ de verbo reuerti,poſito in tex.vide Paul.de Caſt.hic.Et
vide tu Alex.in conſ.clxxvij.col.j. vol.v. ⁊ ibi ꝙ moleſtare, ⁊ con-
trouerſiam mouere equipollent.
b ALEX.ℂContra regulam.Adde Bart. in aut.excipitur.C.de
bo.que libe.⁊ Bal.in l.j.C.de his que pen.no.bene faciunt no. in
aut.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccle.⁊ dicit Bal.in aut.licet teſtator.
de epiſco. ⁊ cler.ibi eſſe text. contra hanc gloſſ.vide ibi. Et hanc
gloſ.dicit eſſe nota.in l.fin.in verbo.penul.quero,de actio.empti.
Adde Abb.conſil.xliiij.ij.lib.

**§.Pater.** Portio deficiens accreſcit pro portionibus
hereditarijs,pro quibus eſt facta ſubſtitutio
hoc dicit.
1 ☞Fideicommiſſum relictum fratribus ſub nomine appella-
tiuo pro hereditaria portione debetur.
2 Fratris appellatione ſoror continetur.

1 **§.Meuia.** Fideicommiſſum†relictum fratribus [...]
nomine appellatiuo,pro hereditaria po[...]
ne debetur.h.d. Nota,quod dixi in ſummario,ex quo patet q[...]
ue relinquatur ſub nominibus appellatiuis ſignificantibus he-
reditatem,vt heredibus tuis:ſiue ſub alijs ſignificãtibus frater-
nitatem,vel aliquid aliud,ſemper debetur pro portionibus here-
ditarijs,quod eſt ſingulare, vt hic, dixi in l.turpia.§.fi.ſ.de leg.j.
2 Ultimo dicit gl.no.appellatione fratris cõtineri ſororem,[a] quod
facit ad queſtio.quam dicam in l.fin.ĩ.eo.

ADDITIO.

a ALEX.ℂContineri ſororem.Hic dicitur,ꝙ appellatione fra-
tris venit ſoror. ſed Pe. de Anch. in c. canonum ſtatuta. poſt
mediũ.in verſi. dicto de filijs,⁊ nepotibus, ⁊c.extra de conſti. di-
citꝙ iſtud non procedit vbi continetur odium.

**§.Titia.** Si fundus pignoratus dolo,vel lata culpa here
dis,alienatur, fideicommiſſario heres tenet.h.d.
1 ☞Unus ſi ex duobus,qui ſe monaſterio obtulerunt cum hoc
quod poſt eorum mortem bona in monaſterium deueniãt, moria
tur:an monaſterium habebit bona.
2 Emphyteuticis ſi ex duobus vnus deceſſit , an bona ad domi-
num reuertantur.

**§.Caio.** Si duo poſt mortẽ eorũ reſtituere rogantur,vno
mortuo,ſtatimꝰ pro parte cõpetit fideicõmiſſi pe-
a titio.h.d.⁊ eſt no.caſus.[a] Idem ſ.de leg.ij.l.fi.§.filium ⁊ filiã.Op-
po.ſ.de vſufr.lega.l.codicillis,in princ.Solue vt dixi in l.heredes
mei,

mei.§.j.ſ.e.¶ Inducitur ad†queſt. duo obtulerũt ſe monaſterio
vt monaſteriũ habeat bona poſt mortẽ eorum, vnus deceſſit, an
ſtatim debet habere bona illius, vel debeat expectari mors alte-
rius? De hoc p Dy. ⁊ per Cyn. in l. pen. C. de impube. ⁊ ali. ſubſti.
2 ¶ Quero, duo ſunt emphyteute, vnus deceſſit, an bona reuer-
tantur ad dominum, an ad alium? Dyn. tangit hic, ⁊ in l. codicil-
lis. in prin. de vſufr. lega. Cy. in l. vnica. C. quãdo non pe. par. ⁊ dixi
plene in l. ſi mihi ⁊ Titio. de ver. obli.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ No. caſus. Ad iſtũ tex. vide bal. in l. j. C. de cõd. īſer.
1 ☞ Verba enunciatiua commemoratiua alicuius modi prece-
dentis ad illum reſtringuntur, ⁊ quando diſponant.
2 Dos mulieri licet non veniat in fideicommiſſum generale, quan-
do ipſa grauatur: tamen quando alium grauat, venit.

1 **§. Filium.** Verba†enũciatiua commemoratiua alicu-
ius modi precedentis, reſtringuntur ad illũ.
Item in fideicommiſſum vniuerſale relictum per mulierẽ, veniũt
res dotales. h. d. ¶ Opp. ꝙ bona debent communicari, vt ſ. ea-
dem. l. in prin. Gl. dicit, ꝙ non fuit hoc expreſſum, ꝙ communica-
rentur. Sed hoc videtur contra tex. ibi, vniuerſam ſubſtantiam
eis cõmmunicaſſe. Rñ. hic fuerunt verba enunciatiua, nõ diſpo-
ſitiua. l. ex hac ſcriptura. j. de dona. Sol. hic fuerunt verba enun-
ciatiua propter aliud emiſſa, ſcilicet, in modum cauſe, ibi diſpoſi-
tiua. ¶ Contra hoc oppo. q2 verba enunciatiua in modum cauſe
prolata, inducunt diſpoſitionem, vt l. pe. j. de col. bo. in l. ſi ſocer. §.
Lucius. ſol. ma. Sol. hic verba fuerunt prolata ad certum modũ,
quaſi dicat communicauit eis bona, id eſt communiter reliquit ſe-
cundum modum certum. ſ. ſcriptum: ideo ad illum modũ reſtrin-
2 guntur. Ita dicebat. Oldr. ¶ † Vltimo not. ꝙ licet dos non ve-
niat in fideicõmiſſum, quando mulier ipſa grauatur, tamen quan-
do ipſa grauat alium, dos ipſius mulieris venit, ſicut cetera bo-
na: facit quod dicam. j. ea. l. §. maritus.
1 ☞ Paria ſunt ab initio per partes relinquere, vel relictum ſim-
pliciter per partes modificare.
2 Iudex quando in ſententia condemnat in certũ, videlicet in de-
cem pro tali delicto, decem pro tali ⁊c. dicuntur plures ſententie.
3 Aduerſatiue aut, vero, ſed, ⁊ ſimiles, an inducant cõiunctionem.

a 1 **§. Que habebat.** [a] Paria†ſunt ab initio per par-
tes relinquere, vel relictum ſim-
pliciter per partes modificare. h. d. No. quod dixi in ſummario,
2 quia eſt quotidianus caſus. Facit† ad id quod tota die faciũt aſ-
ſeſſores in ſententijs ſuis condemnatorijs. Dicunt enim quando
aliquem ex pluribus delictis condemnant, Talem condemnam9
in tantum, ⁊ primo ponunt totam quantitatem, deinde ſubiun-
b gunt, pro tali delicto tantum, ⁊ pro tali tantum. [b] Nam perinde
eſt, ac ſi ab initio eſſent plures ſententie, vt hic, ⁊ l. ediles. §. ſi. cum
3 gl. ibi poſita, de edi. edic. ¶ Quero† in l. re. coniuncti. Vtrum per
coniunctionem aduerſatiuam, vt, aut, vero, ſed, inducatur coniun-
ctio? Hic videtur text. ꝙ non. Contrarium determino. Sufficit
enim ꝙ plures coniungantur in vna oratione, nec curo cum qua-
li coniunctione, vel ſine coniunctione, vt ibi dixi. Ad hunc text.
reſpondeo, ꝙ fuerunt poſite partes ſeparate, ideo non ſunt con-
iuncti re. Item fuerunt poſiti in diuerſis orationibus, ideo non
ſunt coniuncti verbis.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ ¶ Que habebat. Et de iſto tex. vide Bal. in l. j. in ix.
q. C. quando non peten. par.
b ALEX. ¶ Et pro tali tantum. No. ad ſtatutum ꝙ banniti vſq3
ad certam ſummam, ⁊c. ⁊ vide Bart. in l. vbi fideiuſſor. de ſol. vbi
habes poſt eum.

**§. Heres.** Fideicommiſſarius detrahit, quatenus ſibi
detractum eſt. h. d. De quo dic plene in l. fa-
cta. §. ſi Titius. ſ. eod. ⁊ ſ. ad legem Falcid. l. penales. §. fi. ⁊ de con-
di. ⁊ demon. l. Plautius. ⁊ ibi plenius.

a **§. Heredum.** [a] Si dilatio adijciatur in fauorem fi-
deicommiſſarij, fructus interim perce-
pti veniunt in reſtitutione. h. d. No. illum modum loquendi, ex re-
ditu paupertatis, ⁊c. ex paupertate enim, cum ſit mera priuatio,
non colliguntur fructus, ſed communis intellectus eſt, ex pau-
pertate, hoc eſt, ex tali modico ſeu modicitate. Opp. C. commu. de
lega. l. fi. §. ſed quia. Soluit gl. ꝙ hic non reliquit quo ad proprie-
tatem, ſed quo ad vſum, hoc non eſt verum: quia ſi quis relinque-
ret ſeruos ad vſum, videtur relinquere proprietatem, l. donatio-
nes. §. ſpecies. j. de dona. ⁊ l. ſpecies. ſ. de auro ⁊ arg. lega. Dicen-
dum eſt ergo, ꝙ hic alienatio non valuit. Oppon. ꝙ fructus non
veniant in reſtitutionem, ſ. eo. l. in fideicommiſſariam. Quidam di-
cunt, ꝙ teſtator hic dixit, quicquid, ⁊c. ꝙ eſt contra l. heredes. in
prin. ſ. eod. dic ergo, ꝙ hoc ideo, q2 dilatio fuit appoſita fauore fi-
deicõmiſſarij: facit ſ. de vſu. l. in fideicõmiſſi. §. cũ Pollidius. ⁊ l. ſi
ita relictũ. §. j. ſ. de lega. ij. Opp. ſ. de ali. lega. l. Lucius. Sol. eodẽ
modo, quia hic fuit dilatio appoſita fauore fideicommiſſarij.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Heredum. Vide Bal. in rub. C. de verb. ſigni.
1 ☞ Alienari prohibita non veniũt in fideicommiſſum vniuerſale.
2 Exceptio licet firmet regulam, non tamen illam ampliat.

1 a **§. Pluribus.** Prohibita†alienari nõ veniũt[a] in fi-
deicõmiſſum vniuerſale. h. d. Opp. ꝙ
prelegata veniant in fideicommiſſum relictum per hec verba vni-
uerſalia, l. cum virum. C. de fideicommiſ. Sol. hic fallit, q2 teſtator
prohibuit illas perceptiones alienari fauore liberorum: quod ap-
paret ex eo ꝙ dixit, ꝙ qui vita ſupereſſet ſolidos fundos habe-
ret, vnde illas perceptiones ſpecialiter alij reliquiſſe videtur: vn-
de in fideicommiſſum vniuerſale non veniũt. Oppo. exceptio con-
firmat regulam in caſibus nõ exceptuatis, vt ſ. de iureiu. l. fin. in
fin. licet hic teſtator exceperit es alienum. ſcilicet, viginti legata:
ergo totum aliud videtur velle reſtitui. Solu. Dicebat Oldr. fa-
2 teor, † ꝙ exceptio confirmat regulam, non tamen eam ampliat, vt
porrigatur ad caſus, ad quos primo non porrigebatur. Facit. ſ.
de vſufru. lega. l. generali. §. vxori.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non veniunt. No. ad limi. l. cum virum. C. de fideicõ.
1 ☞ Dos prelegata non cadit in fideicommiſſum, niſi ſpecialiter
ſit dictum, ⁊ quarta ad dotem ſufficiat.
Clauſula quod legata reſtituantur, non porrigitur ad debita
prelegata, niſi probetur teſtatorem ſic ſenſiſſe.
2 Dos quando veniat in ſubſtitutionem vulgarem, ⁊ quando in fi-
deicommiſſariam.

1 * **§. Maritus.** † Dos prelegata* non cadit in fideicõ-
miſſo, niſi ſpecialiter ſit dictum, ⁊ quar-
ta ad dotem ſufficiat. h. d. No. ꝙ hec verba, ꝙ legata reſtituãtur,
non porriguntur ad debita prelegata, niſi probetur teſtatorem
ſic ſenſiſſe. Facit ſ. eo. l. deducta. quod intellige ſi apparet eſſe de-
bitũ per alias probationes extra teſtamentũ: alias eſſet idẽ ꝙ de
alijs legatis, licet vt debitum prelegaretur, l. qui vxori. in princi.
ſ. de aur. ⁊ arg. leg. Opp. adñ. q2 ſecũdum hoc teſtator poteſt pro-
hibere Fal. contra l. quod de bonis. §. j. ſ. ad l. falc. Sol. hoc mo-
do, ꝙ quarta computetur in debitum, poterat olim prohiberi, ⁊
erat olim caſus ſpecialis: hodie eſt de iure communi, vt authenti-
2 ca, ſed cum teſtator. C. ad leg. fal. ¶ † Quero, pater ſubſtituit filie
a ſi deceſſerit ſine liberis, an in hoc fideicommiſſum veniat dos?[a]
Dyn. tangit in l. a filia. in princi. ſ. eo. ⁊ ibi dixi me dicturum hic.
Tetigi etiam in l. fi. §. filie. ſ. de leg. ij. Cy. ponit in l. vnic. §. videa-
mus. C. de rei vxo. act. ⁊ ibi recitat diſtinctionem Mar. Sill. qui
dicit, aut queris an dos veniat in ſubſtitutionem vulgarem: ⁊ di-
co ꝙ ſic: q2 eſt in poteſtate filie adire hereditatem vel non, l. iam
dubitari. de here. inſti. ſed hoc procederet quando pater in teſta-
mento filiam dotauit: ſed ſi eam dotauit inter viuos, tũc capit do-
tem iure ſuo, non hereditario. l. pater filiam. ſ. ad legem Falci. Si
vero queris, an dos veniat in ſubſtitutionem fideicom. ⁊ tũc aut
vniuerſaliter ſubſtituit, ⁊ non venit dos in fideicõmiſſum, niſi ap-
pareat teſtatorem aliud ſenſiſſe, d. l. a filia, ſ. eo. ⁊ C. communia de
lega. authen. res que. ⁊ ſ. ad l. Fal. l. pater filium. in prin. Si ve-
ro pater eam expreſſe rogauit de reſtituenda dote, tunc aut filia
habet alias tantum de bonis patris, quod ſufficit ad legitimam,
⁊ poteſt grauari in dote, l. fi. §. filie. ſ. de lega. ij. Aut non habet
tantum, quod ſufficiat ad legitimam, ⁊ grauari non poteſt, l. quo-
niam in priorib. ⁊ l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſta. Ita dicũt
ipſi, ꝓ qua diſtinctione habetis caſum in preſenti. §. ⁊ hoc quãdo
fideicommiſſum relinquitur per patrem a filia: ſecus ſi relinqui-
tur per filiam ab alio ſibi herede inſtituto, quia tunc dos venit
in fideicommiſſum, ſicut cetera bona filie, vt ſ. ea. l. §. filiam.

ADDITIONES.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Dos prelegata. Iſtud intellige ⁊ am-
plia vt per Are. conſi. clv.
a ALEX. ¶ Veniat dos. An filia poſſit grauari in dote per fidei-
commiſſum, vide Bal. in l. cum virum. C. de fideicom. ⁊ in authen.
res que hic alle. Adde an filia poſſit in dote grauari Ioã. An. in
addi. ad Spe. de inſtru. edi. §. vt autẽ. in addi. inci. ſ3 incidit alia q.
bal. in l. qm̃ nouella. C. de inoff. teſt. ⁊ cõſ. lxiiij. iij. li. ⁊ cxxv. ij. lib.
1 ☞ Inſtantia cepta cum herede, reſtitutione facta cõtra ipſum,
⁊ eius heredem durat.

1 **§. Rogatus.** Inſtãtia†cepta cũ herede, facta reſti-
tutione, durat contra ipſum, ⁊ heredẽ
eius h. d. Opp. ſ. eo. l. j. §. j. So. Inſtantia iudicij cepta cum de-
functo, tranſit in fideicommiſſariũ, vt ibi: ſecus in ea, que cepta
fuit cum herede, ⁊ ſic non fuit hereditaria, vt hic, ⁊ ſ. eod. l. cum
hereditas. Ad hoc. opp. ſupra famil. erciſ. l. in iudicio. Gloſſ. non
ſol. dic, ibi loquitur in iudicio reali, quod tranſit ad ſucceſſorem
ſingularem, in quem facta eſt alienatio neceſſaria: hic vero in iudi-
cio perſonali. Et plene dixi in l. ſi eum hominem. de fideiuſſo.
1 ☞ Res non reſtitute de nouo reperte debent reſtitui, niſi pri-
ma reſtitutio per modum tranſactionis fuerit celebrata.

3 Deceptio vltra dimidiam qualiter probetur.
Leſio quando petitur, reductio ad arbitrium boni viri, qualiter
probetur.

1 §.Heres. Res † de nouo reperte non reſtitute, debẽt re
ſtitui, niſi prima reſtitutio per modum tranſa
ctionis fuerit celebrata. h.d. Op. ff. de tranſac. l. q cũ tutoribus.
§. qui per fallaciam. Sol. intellige hic, quando heres non fuit in
dolo: ibi ſic. Opp. de tranſac. l. ij. §. j. vbi repertis codicillis, vitia
tur tranſactio. Sol. dicit gl. ⁊ bene ꝙ hic fuerunt reperta alia in
ſtrumenta: ibi codicilli. Ratio patet in l. de his, de tranſac. ⁊ l. j. §.
2 j. quemadmodum. teſtamen. aper. Sed contra hoc oppo. † q2 hic
eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, vt patet ex text. ideo de
bet reſcindi per l. ij. C. de reſcin. vẽdi. ⁊ l. ſi quis cũ aliter. ⁊ de ꝟb.
obli. Dyn. in d. l. ſi quis cum aliter. dicit, ꝙ in contractu tranſa
a ctionis non habẽt locum[a] dicte leges, per hunc §. Gl. hic, ⁊ Pet.
3 qui ſequitur eam. C. de reſcin. vendi. l. ij. dicit, † ꝙ ad cognoſcendũ
vtrum in tranſactione quis ſit deceptus vltra dimidiam iuſti pre
tij, non debet eſtimari id, quod in veritate debetur: ſed id, qđ va
lebat ille dubius litis euentus, quod placet. Per hoc no. practi
cam, quando petitur arbitramentum reduci ad arbitrium boni
viri, ꝙ arbitramentum eſt tranſactio, vt in authen. vt diſ. iud. §. j.
⁊ ibi no. ꝙ tunc non ſufficit probare, ꝙ re vera mihi multũ plus
debebatur quam arbitrator condemnauerit: ſed ꝙ dubius euen
tus illius litis multo plus valebat quam arbitrator condemna
b uerit, vt dixi in l.[b] ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Non habet locum. Utrum l. ij. C. de reſcin. vendi. ha
beat locum in tranſactione, adde Bal. in l. ordo. C. de execu. rei iu
di. ⁊ per Imo. hic nec etiam habet locum in pacto, ſecundũ Bal.
in l. j. C. de pac. ⁊ iſtam gl. alle. Bal. in l. fi. §. j. in prin. C. eo. de quo
habetur per Imo. in c. Quintaualis. de iureiur.

b ALEX. ¶ Ut dixi in l. Adde Bartol. in l. ſi quis cum aliter. de
verbo. obli. ⁊ in l. ij. C. de reſcin. vendi. ⁊ text. in l. cum hereditate. de
acqui. here. ⁊ no. in d. §. arbitrorum.

LEX LXXIX.

Si pupillis. Etiã poſt reſtitutionẽ poteſt
fideicõmiſſarius, fideicommiſ
ſum dimittere, propter partem heredis, que incipit
de nouo vacare. h.d. In tex. ibi, aut a toto diſcedat, dic
vt iſto caſu, quo a toto diſcedit, aut omnino: ⁊ vt ſequitur. in tex.
ibi, nõ poſſunt, dic, q2 non expedit, ſecundum Iac. de Are. In tex.
ibi, ſuſcipere dic, ⁊ tunc non ſeruabitur ſuperfluũ pupillo, l. quod
ſi minor. §. Sceuola. ff. de mino. Ibi, plus. dic quã debeatur cre
ditoribus facta venditione per eos, qđ eſt, quando fideicommiſſa
rius non vult q.d. in his duobus habet electionem ſecundũ Iac.
de Are. ⁊c. ¶ Oppo. hic dicitur, ꝙ fuit heres, ⁊ poſtea abſtinet.
Contra C. de repu. here. l. ſicut. Sol. Huius timore Roma. poſuit
caſum vno modo, ſed truffa eſt: ſed dic ꝙ abſtinet per reſtitutio
nem. ¶ Opp. ꝙ fideicommiſſarius nõ poteſt repudiare per reſti
tutionem, l. poſtulãte. in prin. ff. eo. Sol. Hic propter partẽ de no
uo aduenientem. Simile eſt in l. cum hereditas. ff. de acqui. here.
¶ Extra gl. opp. quando portio deficit per reſtitutionem, nõ de
bet abſtineri a toto ratiõe partis, l. ſi minor. ff. de acqui. here. Sol.
Ibi in coherede qui habet iure ſuo: hic in fideicõmiſſario, ad quẽ
pertinet ex aditione filij hereditas. Opp. ſi minor fuit abſtẽtus,
vlterius aliquid habere nõ debet de illa hereditate, l. j. C. ſi vt ſe ab
here. abſti. Sol. intelligas hoc, ꝙ ſuperfluũ reſeruat̃ pupillo per
reſtitutionẽ de nouo impetrãdam, vt l. ⁊ ſi ſine. §. reſtitutus. de mi
no. Sed opp. q2 poſtquam bona ſunt vendita non poteſt reſtitui
minor, l. ꝙ ſi minor. §. Sceuola. de mino. Solu. illud verum, quan
do bona eſſent vendita per ſubſtitutum: ſecus quando per credi
tores, vt hic ſecundum Iac. de Are. ⁊ ita apoſtillaui tex. que opi.
videtur contra quãdam gl. paruam, ſuper ver. vendenda. que di
cit. ſcilicet, a fideicommiſſario, ⁊ ideo Gul. de cu. in d. §. Sceuola.
diſtinguit quando bona ſunt vendita per ſubſtitutum. Aut hoc
fuit ſine magna induſtria ſui, q2 quilibet homo cõmunis hoc fe
ciſſet, ⁊ reſtituetur pupillus ad ſuperfluum, vt hic. Aut ſubſtitu
tus euaſit a creditoribus cum magna induſtria, q2 non ſic feciſſet
quilibet, tunc pupillus non reſtituetur, §. Sceuola. Ex predictis
ergo collige quando pupillus ſe abſtinet, ⁊ bona vadunt ad fidei
commiſſarium, aut in totum agnoſcit, aut in totũ repudiat. Pri
mo caſu, aut nihil ſupereſt venditis bonis, aut aliquid ſupereſt.
Si nihil, non eſt dubium: ſi aliquid, tunc aut hoc proceſſit ex ma
gna induſtria fideicommiſſarij, aut non. Secundo caſu principa
li, quando repudiauit in totum, tũc eſt ſimiliter diſtinguendum,
aut nihil ſupereſt, aut ſupereſt aliquid, vt patet ex predictis.

LEX LXXX.

Matrem. Uenditio facta cauſa interuertẽdi fidei
cõmiſſum non imputatur heredi, in eo
quod ſibi defunctus debebat. h.d. Op. tali heredi roga
to per hec verba, licet conſumere, vt ff. eo. l. Titius rogatus Sol.
gl. ꝙ hic conſumpſit vltra dodrantem quod non licet, C. eod. au
then. contra rogatus. Hec ſol. vera eſt ſecundum iura noua: ſecũ
dum hec iura dic, ꝙ hic mala fide conſumpſit cauſa interuerten
di fideicommiſſum, merito compenſatur cum debito.

LEX LXXXI.

1 ☞ Dilecti in ſubſtitutione, videntur ⁊ dilecti in fideicommiſſo,
niſi ratio ſermonis vel preſumpta voluntas aliud induceret.
2 Teſtator, ſi filijs maſculis vniuerſaliter inſtitutis, filiam in re cer
ta inſtituit, ⁊ ſubiecit ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, portio
deueniat in ſuperuiuentes, vno filio maſculo decedente, quando
filia cum alijs admittatur.
3 Participium ſuperuiuentes, ſi reperitur abbreuiatum qualiter
intelligatur.

a Iulius Phebus. [a] Fideicommiſſũ
limitatur ſecundũ
naturam precedentis ſubſtitutionis, niſi ex volunta
b te defuncti[b] aliud preſumatur ex natura ſermonis, vel
c alia coniectura. [c] hoc dicit. No. hunc ſi. ad id, quod ſepe occurrit,
1 ꝙ de nomine vnius non dicitur niſi pars. ¶ † Oppo. quia prout
dilexit eos in ſubſtitutione, ita videtur dilexiſſe in fideicommiſſo,
l. Lucius. §. pater puerum. ff. eod. ¶ Item iſtud fideicommiſſum
vniuerſale non videtur conferri ad Polycratem, de quo ſpeciali
ter prouiderat, l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulg. ⁊ pupil. Solu.
Fateor contrarium, niſi ratio ſermonis, vel alia preſũpta volun
d tas aliud induceret, [d] vt fuit hic. Nam verba pluralis numeri ſci
licet ei, vel eis, de neceſſitate comprehenderunt duos fratres ſu
2 perſtites, vt tex. dicit. ¶ Iuxta † hoc quero queſtionem mihi oc
currentem de facto. Teſtator inſtituit filios maſculos heredes v
niuerſales, filiam inſtituit in certa quantitate: demum ſubiecit ꝙ
ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, portio eius deueniret in ſu
peruiuentes: queritur, an vno ex filijs maſculis mortuo, filia ad
mittatur ad fideicommiſſum? ¶ Uidetur ꝙ ſic, hic, ⁊ ff. eo. l. Lu
cius. §. Meuia. ⁊ l. Lucius. §. queſitũ. ff. de leg. iij. ⁊ de pact. l. tres
fratres. Con tinetur enim appellatione filiorum, niſi aliud appa
reat. Dixi, ꝙ in themate propoſito aliud appareat de mẽte teſta
toris. Nam cum maſculos pred lexiſſet in inſtitutione inſtituen
e do eos vniuerſaliter, [e] preſumendum eſt eos predilexiſſe in fideicõ
miſſo, vt l. Lucius. §. pater. ff. eod. C. de fideicom. authen. hoc am
plius. ⁊ de impu. ⁊ alijs ſubſti. l. j. quod eſt verum, ſi ratio recti ſer
monis hoc patitur, quia inſtituit tres, vel quatuor filios. vel ven
trem, ex quo poſſunt naſci plures. Nã tunc vno decedẽte, illud
participium, ſuperuiuentes, poteſt verificari in maſculis vno de
cedente. Sed ſi inſtituiſſet tantum duos maſculos, tunc quia vno
moriente, iſtud participium, ſuperuiuentes, non verificatur in fi
lio remanente, tunc de neceſſitate comprehendetur filia, licet ex re
3 certa inſtituta, per hanc l. ¶ Sed quero, † quid ſi reperitur ſcri
ptum abbreuiate, vt deueniat in ſuperuiuentem, ita ꝙ poteſt di
cere in ſuperuiuentem, ⁊ ſuperuiuentes, qualiter intelligitur? Re
ſpon. primo debemus aduertere, an hoc poſſet ex precedentibus
vel ſequentibus colligi, vt ſic ſit pluralis, vel ſingularis numeri,
ſecundum quod requirit vera grammatica, l. Plautius. ff. de au
ro ⁊ argen. lega. ꝙ ſi non apparet, preſumo teſtatorem ſic locutũ
vt eos, quos in inſtitutione predilexit, ⁊ inuicem vniuit, prętule
rit etiam in fideicommiſſo. ff. de vulga. ⁊ pupil. l. coheredi. §. qui
ſecretas.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Iulius Phebus. Et vide Bartol. in conſi. inci. Au
ge. macie pro hac l. fina.

b ¶ Defuncti. Pro concordia aduerte quod Bar. allegatur velle
in hac l. fi. ꝙ pluralis locutio nõ poſſit de neceſſitate verificari in
numero duorum. Contrarius allegatur in l. j. ff. de procu. Tu dic
coadunatis verbis ipſius Bart. tam in d. l. j. quam in hac l. fin. ſic
dici poteſt prima opi. vera, vt hec l. fin. ſi ratio recti ſermonis hoc
patitur, ⁊ ſecundum ſubiectam materiam. Nam in d. l. j. ideo plu
ralis locutio verificatur in ſingulari, quia illa pluralitas com
prehenderet etiam ſingularitates, vt in ſimili in l. iij. §. homines. ff.
vi bo. rap. q2 non profertur illa pluralitas in vniuerſo, vt omnia
in vniuerſo comprehendat, ſed eſt apta comprehendere, ⁊ omnia
in vniuerſo, ⁊ omnes particularitates in indiuiduo, cum illud in
diuiduum non abnegetur. Iſtam ſol. probat text. in l. non eſt ſine
liberis. ff. de verbo. ſignifi. in l. iij. §. hec verba. ff. de li. ho. exhi. ſe
cundum mentem legiſlatoris. ideo non dicitur contrarius.

c ALEX. ¶ Alia coniectura. Adde text. in l. qui quartam. §. fin.
ſecundum intellectum Barto. de lega. j.

d ALEX. ¶ Aliud induceret. Aliter ſoluit Dyn. in regula. gene
ri per ſpeciem de regu. iu. in vj.

e ALEX. ¶ Eos vniuerſaliter. Not. ꝙ ſicut teſtator in inſtitutio
ne videtur filios predilexiſſe, ita ⁊ in fideicom. Adde no. per Bar.
in l. Lucius in verſic. ſed quero iuxta hoc de pulchra queſt. ⁊ ibi
per Io.

per Jmo. in verſi. item adde inquantū tangit, ⁊c. ⁊ in verſi. ſequē. de vulg. ⁊ pupilla. Bar. in conſi. inci. Ange. ⁊ vide quod dixi poſt Jmo. in l. coheredi. §. qui diſcretas. de vulga. ⁊ pupil. adde in terminis Pet. de Anc. conſi. lxvj. ſubtiliter. ⁊ Pau. de Caſt. conſil. ccclviij. viſo inſtrumento.

## TITVLVS II.

### Quando dies legatorum cedat.

LEX I.

**MOrtuo patre.** Uide per teipſum.

LEX II.

a **SI pure ſit.** [a] Legatum ſeruitutis perſonalis cedit ab adita hereditate. h. d. Hic loquitur in tribus ſeruitutibus, ⁊c. Quero qd in alijs ſeruitutibus. Glo. dicit idem: ſed in §. nouiſſimo. C. de cad. tol. expꝛeſſius dicit, idem in alijs ſeruitutibus etiā realibus. ⁊ ſi ſic intelligeres, nō eſſet verum, qꝛ in realibus ceſſat ratio, que hic ponitur. Debet ergo intelligi idem in alijs, ſcilicet, perſonalibus. Et hoc dicit Cy. in d. §. in nouiſſimo. Alij volunt ſuſtinere gl. dicentes, ꝙ ſeruitutes reales nō tranſeunt ad heredes, ſed ſequuntur fundum, ⁊ ſic habet locum ratio hic poſita: ſed certe illa perſona tunc nullo modo videtur inſpiciēda. Sufficit enim ꝙ res ſit tēpoꝛe moꝛtis qꝛ requiritur ſecundum rationem pꝛedictam: ſed verius eſt perſonam inſpici, l. ⁊ ſi maxime. de ſer. leg. ⁊ tranſit ad heredes, ſicut ⁊ res cui accedit, ideo puto ꝙ cedat tem-
b poꝛe moꝛtis. ¶ Ultimo gl. [b] h. d. poſt multa verba, quod dies legatoꝛum dicitur cedere quoad tranſmiſſionem, de quo dicam j. eo. l. v. Secundo quoad obligationem. Tertio quo ad petitionem Quarto quó ad dominij tranſlationem. De quolibet iſtoꝛum eſſet videndum, dic vt C. de cadu. tollen. §. cum igitur. per Cyn.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Si pure ſit. Et no. ex hac l. ꝙ legatum habitationis non vendicat ſibi locum niſi adita hereditate. ⁊ vide Bal. §. libertatibus in l. vnica. C. de cadu. toll. vbi not. loquitur.

b POMA. ¶ Ultimo glo. Sed in contractu ſi eſt conditionalis obligatio trahitur retro. non autem in legatis. Uide glò. fin. ſecundum Bal. in d. §. cum igitur.

LEX IIII.

**SI cum heres.** Si legatū confertur in moꝛtem heredis, eſt conditionale: ſecus ſi in moꝛtem legatarij. h. d. Ratio patet in glo.

LEX V.

**SI poſt** Pꝛimo dicit legatum tranſmitti ad heredem poſt ceſſionem diei. Secundo dicit. quando dies cedat quo ad tranſmiſſionem. Et circa hec ex hac l. ⁊ alijs diſtingue. Aut legatum eſt vnum, aut plura. Pꝛimo caſu aut eſt purum. aut ſub conditione. Pꝛimo caſu cedit a tempoꝛe moꝛtis regulariter. Fallit in ſeruitutibus perſonalibus. ⁊ in omnibus, que ad heredem non tranſeūt eadem ratione, vt ſ. eod. l. ij. ⁊ iij. Item fallit in legato relicto ſeruo cui eſt relicta libertas, vt ſ. eod. l. heredis §. fi. ⁊ l. ſequē. Item etiam in legato facto ſeruo legato, l. cum legato. j. eod. ⁊ tex. ⁊ glo. declarant. C. de cadu. tollen. §. in nouiſſimo. Si in diem, aut incertum, aut certū. Pꝛimo caſu aut de neceſſitate eueniet, in vita legatarij, vt dies moꝛtis ipſius, ⁊ idem ꝙ in die certa. Aut legatarius poteſt ante decedere, ⁊ idem ꝙ in conditionali, vt ſ. l. pꝛoxi. cum ſi. Si dies certa, tunc ſi in his que eſſent pura, cederent ab adita hereditate, tunc cedit adueniente die, vt hic in ij. reſpō. Si vero eſt conditionale, tunc aut eſt conditio impoſſibilis, vel turpis, ⁊ habetur pꝛo pura, vt hic. ver. ſed ſi ea. cum ſi. quod plene dixi de condi. inſti. l. j. Si honeſta. tunc aut caſualis, ⁊ cedit a die exiſtentis conditionis, vt hic. Aut poteſtatiua, vel plura, ⁊ diſtingue per quem ſtat, vt hic, in verſi. Item ſi qua, ⁊ plenius dixi de condi, ⁊ demon. l. in teſtamento. Et hoc ſi erat conditio que tacite non inerat. Aut nihilominus eſt expꝛeſſa, ⁊ tunc aut venit ex ipſo teſtamento, aut extrinſecus vt j. eod. l. quod pure. ⁊ plene dixi in l. conditiones extrinſecus. de condi. ⁊ demon. Si vero ſunt plura legata, tunc aut plura copulatiua, aut diſiunctiua. Pꝛimo caſu, cum ſunt plura, l. ij. ⁊ ſequen. ſ. de lega. ij. cuiuſlibet dies cedit ſecundum ſuam naturam, vt hic. Secūdo caſu, cum ſit vnum ſemel dies cedit: Quod dic vt j. eod. l. ſi vſuſfructus. ⁊ l. cum ita in pꝛin. ⁊ l. cum illud. in pꝛinci. Secundo caſu diſtingue, aut ſine pꝛefinitione tempoꝛis, aut cum pꝛefinitione, vt dicam in l. cum ſine pꝛefinitione. j. eod. Cetera dic, vt in gloſſ.

LEX VI.

**QUod pure** Conditio tacita ex teſtamēto pꝛocedens, impedit diem legatoꝛum cedere: ſecus ſi extrinſecus veniat. hoc dicit.

LEX VII.

**HEredis aditio.** Aditio hereditatis non differt diei ceſſionem, ſed petitionem qualitercunque differt. hoc dicit. Oppo. de l. in conditionibus ſ. de conditio. ⁊ demonſtra ⁊ Solu. Non impedit tranſmiſſionem, niſi teſtatoꝛ aliud velit. Secundo oppo. quod cum illa conditio inſit de neceſſitate, teſtatoꝛ non poteſt eam remittere, l. nemo poteſt. ſ. de legat. j. Solu. aditio hereditatis ineſt de neceſſitate. quia niſi hereditas adeatur ex teſtamento, nihil debetur quantumcunqꝫ teſtatoꝛ hoc vellet: ſed diei ceſſio non ineſt de neceſſitate, ideo poteſt teſtatoꝛ facere quando, cedat, vel non.

LEX IX.

**SI habitatio.** Ibi ſi ante aditam, ſed ſi poſtea, dic vt l. fin. C. de vſufru.

LEX XII.

**NEc ſemel.** In tex. ibi, ſed ⁊ ſi quotannis. Iſte eſt bonus caſus. ⁊ no. Item no. idem eſt dicere quotannis, quod ſingulis annis.

a **§. Si in habitationem** [a] relictū annuum reſpectu certe neceſſitatis, debet tempoꝛe neceſſitatis. h. d. Dixi in l. qui hoc ann. j. de verbo oblig. vide gloſſ. que incip. quia tunc agere incipit, ⁊ iſtam glo. examinaui in l. vlti. ſ. de lib. agno.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si in habitationem. Uide apoſt. j. in l. cum ſine pꝛefinitione.

**§. Nouiſſime.** No. non eſſe differentiam inter iſtas exceptiones verboꝛum, licet quidaꝫ contra. C. eod. l. j.

LEX XIII.

**HUiuſmodi.** Conditio omnino extitura, ſi dubitatur an viuo, vel moꝛtuo legatario exiſtat, impedit diem legati cedere. h. d. Op. de l. Julianus. ſ. de cond. inde. Sol. vt in gl. Tu dic, ꝙ ibi in contractibus, hic in vltimis voluntatibus, quicquid ibi ⁊ hic no. ratio eſt, qꝛ ſi certum eſſet in vltimis voluntatibus conditionem extiturā, ſed incertum an in vita, vel nō, impediret diē legati cedere. l. ſi cum heres. ſ. eo. in contractibus vero ſpes conditionalis obligationis tranſit ad heredē. vt inſti. de verb. obl. §. ex conditionali. ⁊ ita, an in vita, vel poſt moꝛtem exiſtat, nō curatur: qꝛ nō impedit diem ſtipulationis cedere. ¶ Opp. de pericu. ⁊ cōmo. rei vendi. l. neceſſario. §. ſi ita. Reſpon. eodem modo, ibi in contractibus: hic in vltimis voluntatibus. ¶ Op. de l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. j. de noua. Eodem modo reſpondetur ibi in cōtractibus. hic in vltimis voluntatibus. An autē ſtatim debeatur, dic vt ibi. Jo. tamē circa hoc, dedit vnam ſolutionē cuius materiam examinaui in d. l. Julianus. ſ. de cond. inde. ¶ Extra gloſ. opp. ⁊ videtur ꝙ tale legatum trāſeat ad heredem ſi conditio deficit: licet hoc poſt moꝛtem appareat, cum in vita verum fuiſſet illud non debere fieri, vt j. de manu. teſt. l. Neratius. Solue vt dicā. j. eo. l. cum ſine pꝛefinitione. in pꝛinc.

LEX XIIII.

**SI vſuſfructus aut decem.** Si legatum, cuius dies ceſſit ab adita hereditate, ⁊ aliud legatum, cuius dies cedit a tempoꝛe moꝛtis, alternatiue relinquitur, quātum ad electionem, vtrunqꝫ tēpus inſpicitur, quantū ad trāſmiſſionem, quodlibet per ſe naturam ſuā retinet. h. d. Ibi ſpectandum, quo ad electionem legatario cōcedendā. No. ex fi. ꝙ qn̄ relinquitur alternatiue legatū pure, ⁊ legatum conditionale, non impeditur pꝛopter vnum, quin cedat dies alterius. Op. j. eo. l. cū illud. in pꝛin. Sol. vt ibi dicam, qꝛ eſt difficile cōtrarium. Op. de l. cum ſine pꝛefinitione. ij. reſpō. j. eo. Sol. hic ſunt duo legata, vnū pure, ⁊ aliud conditionale. ſed in l. contraria eſt tantum vnū legatum conditionale.

a [a] Tantum eſt dicere vt filio ſoluatur, quantum ꝙ patri nō queratur vſuſfructus.

**§. Si ita quis.** Quero, iſto caſu qs petat? Et dicit gl. ꝙ filius. Sed dicit Dy. ꝙ hoc pꝛocedit ſecundum iura hodierna, ſecūdum que pōt habere pꝛopꝛia.